naturam teſtamenti,& idē tenet in effectu Vaſ
quius ī tract.de ſucceſſ.creati.§.23.lib.3.col.2
Sextò dico,quòd quando D.Suſana nomina
uit tres illos filios D.Antonii,videlicet Diony
ſiū,Nicolaū & Auguſtinū (ut ī arbore) quo ad
77 ſcutos ſex mille,ſingulis eorū rata ueniebat † q̃
renda,l.reos.§.cum in tabulis ff.de duo.reiſ.vn
de cū D. Adrianus Souicus nō fuerit inſtitutus
à D.Nicolao & Auguſtino, nec ab eis cām ha-
buerit per alium modū.Nihil iuris eius filii poſ
ſunt ꝑtendere ī dictis bonis donatis D.Suſanæ
reſpectu quatuor mille,nec in hoc Illuſtres Fra
tres Triuultii allegant ius tertii, quod nō licet
l.2.ubi Bar. ff. de except. rei iud.l.1. ff.ſi ager
uect.iuncta gl.& l.2. C.de iur.emph.Rui.conſ.
3.uol.1.ſed ꝙ dictis Fratribus Souicis nullū ius
nullaq;actio cōpetit ad illas ratas,qđ ſanè licet
Fratrib.Triuultiis opponere l.fi.C.de rei vind.
l.uti frui. §.1. ff. ſi uſufruct. pet. & pulchrè po-
nit Bal.in l.peremptorias C.ſent.reſci.non poſ
ſe,col.antepen.ubi quærit, an quis opponere
poſsit exceptionem,quę dicitur Intentionis &
facti,& reſpondet ꝙ ſic:quia hęc eſt potius alle
gatio quàm exceptio,& licet aliquando uocet̃
exceptio,uocatur abuſiuè & impropriè.Quini-
mò & ſi non exciperetur, officio Iudicis debe-
ret conſuli,ut not.in l.ubi pactū. C.de tranſ. &
eſt ratio,quia dēt actor edere actionē in libello
l.1.ff.de eden.ſed quis edere non pōt actionē,
quę nulla eſt,& ſine actione nemo experitur,ut
per Bal.quem ſequit̃ Ant.in l.cū ſeruum.prima
concl.C.de ſer.fug.Quo uerò ad ratam D.Dio
nyſii videlicet ſcutos duos mille , cū D. Suſana
quæ ſibi eos dimiſerat eum in teſtamento no-
minans,non eſſet eius aſcendens,nec D.Adria
nus Souicus deſcēderet à D.Dionyſio, ſed oēs
eſſent inuicē trāſuerſales,ut in arbore,dici pōt
dictā ratam ab ipſo D. Dionyſio nō agnitā (ꝙ
78 conſtet) non fuiſſe † trāſmiſſam in ipſum D.
Adrianū,l.1.iunct.gloſ.C.de his,qui ante apt.
tab. Quę notabiliter dicit,quòd,ut ſit locus illi
titulo & ut habeat locū trāſmiſsio,oportet, ꝙ
trāſmittēs ſit de liberis,& is,in quē trāſmittit̃,
ſit pariter de liberis,vnde patet ſic diſcurrēdo,
ꝙ D.Fratres Souici nullā uim facere poſſunt in
noīatiōe primo loco facta de filiis D. Antonii.
79 Septimò † fortius prædicta cōfirmātur alia
ratione,quam præuidit eruditiſsimus D.Sena-
tor,dato,quòd cōditio uiduitatis in prima do-
natione poſita,cenſeretur repetita in ſecunda,
nam data fuit D.Suſanæ facultas diſponēdi de
dictis bonis, *Ipſa ſtante in habitu viduali, & le-*
ctum,& honorē ipſius D.Auguſtini honeſtè cuſto-
diente, qui quidem ablatiui abſoluti faciunt cō
ditionem, vulgata l.à teſtatore,& ibi not.Bart.
Caſtr.Cuman. & Imol. ff.de cond. & demon.
Iaſ.& indifferēter Moder. poſteriores in Rub.
ff.ſol.matr. quæ conditio expreſſa dicitur, ut
not.Barto.in l.1.col.fin.ff.de cond. & demon.
Dec. conſi.89.nu.2.Neuiza.conſi. 87. num. 6.
cū potiſsime dicta uerba poſita fuerint per par
ticipium, *ſtante in habitu viduali,& lectum hone*
ſtè cuſtodiente, ut per Bar.in d.l. 1. nu.34. Dec.
in l.qui accuſare C. de eden. & ſuper eo quod
à futuro euentu pendebat, ut nubere, uel non,
80 nam dictis caſibus ablatiui abſoluti † ſine du-
bio faciunt conditionem,ſecundum Bar. loco
citato Bal.in l.1.col.4.ff.de leg.ſecundo,Iaſ. &
Alciat.in d.Rub.Pedemon.deciſ.145.nu.7.Ta
lis autem conditio uiduitatis indicta mulieri
per maritum , perpetuam importat uiduitatē ,
licet.n.mulier coniugata ſecūdo loco , dicatur
caſtè & honeſtè uiuere ſecundum ſe , quia rem
ſibi permiſſam fecit,tamen non dicitur caſtè &
honeſtè uiuere ea caſtitate & honeſtate,qua de
cet primum maritum, unde ſi quid uxori reli-
quit,id ſubiacet defectui intentionis & uolun-
81 tatis mariti,& ſic ipſo iure † uitiatur,extingui-
tur & cenſetur retro nullum,quia talem condi-
tionem ſibi honeſtam & gratam ponendo ma-
ritus, in contrarium euentum uoluit deberi
relictū.Ita pulchrè declarat Guil. Bened. in c.
Raynutius,in tertia par.§.qui cum alia.nu.196
de teſta. Sic igitur in propoſito noſtro facultas
diſponendi data D.Suſanæ ſub conditione ui-
duitatis,extincta fuit retroq; nulla fuit ex uo-
luntate mariti quamprimum ſecundò nupſit .
82 Confirmatur ex † doctrina Angeli pulcherima
conſi.34.Conſtantinus,aliàs in ꝓpoſita q.quē
uariato nu.& principio refert Guil.Mayner.in
l.in teſtamentis ff. de reg.iur.inquit.n.col. fin.
quod,ubi quod in conditione uerſatur, habet
cauſam ſucceſsiuam & tractum,qui per ſingula
momenta ſuum ſortitur effectum , ſed in nullo
perfectum , ſed demum decurſis omnibus mo-
mentis,tunc non dicit̃ conditio impleta,ſi non
durat impleta,quia iam ſcinderetur condō, cu
ius natura eſt indiuidua l.cui fundus ff.de cōd.
& dem.Dat exemplum in conditione, ſi uidua
remanſerit,appoſita ꝑ filiū matri,vel per mari-
tum uxori,quorū uoto ueriſimiliter cōgruit ui
duitas matris,aut vxoris,cum per ſcđm matri-
monium ſua aīa contriſtet̃ §.q̃ uerò,in auth. de
nupt.vnde non eſt ueriſimile teſtatores per ſo-
lam in uno momento exiſtentiā uiduitaſis uo-
luiſſe tales mulieres hr̃e legatum, niſi perſeue-
rarent in viduitate,ex quo ꝑ imperſeuerātiam
iniuria fit eorum aīæ,& memorię. Sic igit̃ in ca
ſu nr̃o dici debet de poteſtate nominandi con
ceſſa D.Suſanę,& de bonis diſponendi,ſi in ui-
duitate ſteterit,ꝙ ei locus non fuerit ipſa in ui
duitate non ꝑſeuerante ex ueriſimili mēte D.
83 Auguſtini. Accedit inſuper deciſio † Cyn.ſin-
gularis in l.fi.C.de indic.vid.tol. quē ſequitur
Bal.cōſ.153.vol.5.& Natta cōſ.459.n.17.dicē
tes,ꝙ ſi teſtator aliq̃d uxori legauit ſub condō-
ne , ſi uitā uidualem duxerit , tenet̃ cautionem
Mutianam præſtare,ita ut tranſiens ad alterum
matrimonium, teneatur reſtituere fructus iam
pręceptos ex legato,quod arguit,uſq; ab initio
d.legatū fuiſſe nullum,& pro non facto , cuius
contrariū ſuccedit,quādo teſtōr uxori legauit,
quandiu

Quandiu ſteterit vidua,tunc.n. nō eſt opus ali
qua cautione,& ea traſeunte ad ſecunda uota ,
non reſtituet fructus perceptos,ſed futuros tā-
tum unà cum re perdet,quia legatum pro pri-
mo eſt purum,pro reliquis conditionale , nec
inducit perpetuam uiduitatem,ſed temporalē,
& propterea ſtatim illud capit, & nō ante amit
tit,quàm nubat;nam talis uidetur eſſe mens te
ſtatoris, ut nubat.quādo placet, & ex tunc non
capiet.At nos uerſamur in primo caſu Cyn.q̃a
facultas nominandi & diſponendi de bonis
conceſſa fuit ſub conditione,ſi D. Suſana ſtete
rit in habitu uiduali,Igitur perſeuerātia uidui
tatis requirebatur.Et ſicut in caſu Cyn.fructus
percepti reſtituuntur,quia relictum retro nul-
lum fuiſſe cenſetur,ita in caſu noſtro nomina-
tio & diſpoſitio reſcindi debet, & retro nulla
cenſeri, & hoc eſt,quod etiam dixit Bal.in d.l.
fin.col.2.quando apponitur conditio uiduita-
tis ad originem legati requiritur cautio Mutia
na. Id enim eſt denotare perſeuerantiam re-
quiri,nec ſufficere,mulierem quandoque fuiſ-
ſe uiduam,niſi perſeuerauerit in uiduitate.
84 Octauò † non prætereo quoque quod egre
giè ſubdit idem D.Senator,D.Suſanam nomi-
naſſe filios D.Antonii in teſtamento , quod cū
morte teſtatoris confirmationem recipiat, &
eo tempore D.Suſana ſecundò nupta reperire-
tur,corruit dicta noīatio.Deciſiones in prom-
ptu ſunt,quas allegat,& quas non repeto breui
tatis cauſa.ſed addo tantum confirmando , ꝙ
cum contenta in teſtamento referantur ad tem
pus mortis teſtatoris,fateri oportet nominatio
85 nem prædictam collabi,quia paria † ſunt quid
fieri tempore inhabili,uel conferri in tempus
inhabile, l.quod ſponſæ C. de don. ante nupt.
ubi Bar.dicit , quòd eſt unum generale, quod
non habet contraria.Quare concludi debet ex
prædictis , quòd inualida remanente nomina-
tione facta per D.Suſanam de filiis D.Antonii
ſuccumbere debent Aduerſarii,quia ea nitun-
tur, cum nulla & inualida non ſint in conſi-
deratione,l.4.§.condemnatū ff.de re iud. Rol.
à Val.conſ.17.nu.24.uol.3.& Illuſtres Fratres
Triuultii rei conuenti ueniunt abſoluendi,per
regulam l.qui accuſare,C.de eden.quòd acto-
re non probāte reus abſoluitur , licet ipſe nihil
præſtiterit,dato.n.non conceſſo ꝙ nominatio
facta per.D.Suſanam de D . Catherina eorum
auia paterna , laboraret eodem morbo uiduita
tis non ſeruatæ , ſatis tamen eis ſufficere debet
quòd Fratrib. Souicis dicere poſſunt . Quo ad
uos liberas ędes habemus , ut alibi dixit Iuriſ-
con.in l.loci corpus §.competit ff. ſi ſer.vind.
Nonò nec illud omittendum ſentio , quod
grauiſsimus idem Senator propoſuit,ueluti ici
tu dignum,nam cum filii.D. Antonii inſtituti
à Domino Auguſtino non adierint eius hære-
ditatē, aut repudiauerint, ualueritq; ab initio
86 teſtamentum ſuū.Sequitur eius codicillos † in
quibus dedit poteſtatem D.Suſanæ nominādi,
quem uellet,non attento ordine ſcripturæ.ſub
lato poſtea teſtamento propter non aditionē.
l.ſi nemo . ff.de teſtam. tut. pariter annullatos
fuiſſe uelut ab eo dependentes, iux.Doct.Bar-
tol.& Caſtr.in l. legata inutiliter , ff. de leg.1.
Alex.in l.1.C.de codic. Dec.conſi.456. in fin.
Quibus addo pulchrè Bero.conſi.2.nu.28.vol.
2.ubi dicit , quòd aliqui ſunt illi,qui uel ſequū
tur teſtamentum,uel fiunt ante illud ualidum,
iux.tex.in §.1.Inſt.de codic. & in l. ſiue in ini-
tio C.eo. Igitur poſtea rupto & annihilato te-
ſtamento,corruunt & annihilantur , uelut eius
ſequela,l.1.C.de codicil.l.ſi quis cum teſtamē
tum,in fin. ff. eo. Non dependent autem , nec
ſunt teſtamenti ſequela,ſed per ſe principaliter
ſtant,quando facti ſunt ab inteſtato uel facto te
ſtamento ab initio,& ſemper nullo propter de-
fectum ſolemnitatis, tunc.n.ualeant codicilli,
quia per ſe ſtant,ut ibi tradit Berous , & idē po
nit Rui.conſ.18.col.1.uol.ſecundo.Nos autem
ſumus in primo caſu, meritò bona remanſerūt
penes Catherinam filiam uelut ab inteſtato ſuc
cedentem,iux.§.ſui.Inſt. de hæred.quali.& dif
fer.poſitoque quòd teſtamentum defendi poſ-
ſet ex clauſula codicillari cōcepta ꝑ illa uerba,
Et ſi non valeret iure teſtamenti ualeat iure codicil
lorum, quæ ſunt per præteritum imperfectum
ſubiunctiui modi . Quo caſu trahitur ad futu-
rum , quando teſtamentum ualuit ab initio, ex
87 quo de præſenti operari † non potuit , ut not.
Ang. Caſtr.Alex.& Iaſ.in l. cum ſtipulamur ff.
de verb. obl. per illum tex. ſecundum literam
oporteret,& per dictam clauſulam ſoleant ue-
nientes ab inteſtato cenſeri rogati reſtituere
uocatis ex teſtamento l.ex teſtamento.cum ibi
not.C.de fideic.Dec.conſ.652.Crot.conſ.66.
per illum tex.not.Bar.in l.ex ea §.1. de teſtam.
Dec.conſ.242.in prin. & conſi.369. in fin.D.
meus Rimin.conſ.123.nu. 17. attamen niſi ſe
88 quatur aditio † uenientiū ab inteſtato deficit
teſtm̃,& ex eo diſpoſita nō debent̃ l.eā quā.C.
de fideic.iuncta gloſ.ſingulari in l.qui filio,§. ſi
quis ſeruum ff.de hær.inſtit.quam Bal . allegat
in Auth.ex cauſa, col.x.C.de libe.præte. & oēs
ſequuntur,ut teſtatur Alex. conſ.5.col.fin.uol.
ſecundo,& latius Iaſ.in d.l.eam quam, nu. 10.
Igitur electio,ſiue nominatio prima facta per
D.Suſanam de filiis D.Antonii,ante hæredita-
tem fuit nulla, prout ſignanter determinat Ri-
pa in d.l.ſerui electione.nu.x.licitumq; fuit il-
li uariare,quia electio non ualuit, l.optione ff.
de optio.leg.& ratio communis eſt, ut ſubdit
Ripa , quia ante aditam hæreditatem non ſub
eſt cauſa ualida,ex qua deferatur ius eligendi ,
ex quo ſine aditione legata corruunt , l.ſi ne-
mo,ff.de reg.iur.d.l.eam quam,cum ſimil.qui-
bus plenius inſiſtit ipſe D. Senator optimè lo-
quens ,ut per eum.
Decimò corruit ex alia ratione dicta prior
electio,ſiue nominatio facta per D . Suſanam,
89 quoniam non facta fuit ſecundū formā † à iu-
re

re traditam, quæ eſt, ut purè fiat, non autem ſub
conditione, l. actus legitimi ff. de reg. iur. & tra
dit Rip. in d. l. ſerui electione. nu. 13. elegit. n.
filios D. Antonii ſub ea conditione, quòd, quã
docunq; ſibi placuerit, poſſet de dictis bonis di
ſponere, præſentem uoluntatẽ immutando &c.
quare nulla fuit electio prædicta.

Hinc & vndecimò dici poteſt, & inferri, ꝙ
90 † cum D. Suſana per teſtamenti actum fecerit
primam electionem, in qua menti ſuę & inten
tioni non ſatisfecit, ut patet ex dicta conditio-
ne per eã annexa, utiq; potuerit uariare, & ad
aliam electionem conuolare, quam fecit ſecun
do loco de D. Catherina filia, nam regula l. bo-
ues, §. hoc ſermone. ff. de uer. ſig. quòd diſpoſi-
tio uerificatur in primo actu, locum non ha-
bet, quando per primum actum non ſatisfit in-
tentioni diſponẽtis, ut per Bal. in l. fideicomiſ
ſa. §. ſi quis ff. de leg. 3. quod ſtatutum de cõpro
miſsis intelligitur, ut iterum compromitti de-
beat primo finito, ſi non ſit ſatisfactum ſtatuto
per primum compromiſſum, quia adhuc uindi
cat ſibi locum ratio ſtatuti, quæ eſt, ut lites fi-
niantur, ſequitur Rom. conſ. 504. col. 1. Iaſ. in
l. cum ſeruus, §. ſi quis alicui. col. fin. de leg. 1. &
alios plures cumulat Antoni. Gabriel Roma-
nus lib. 6. de leg. & conſtit. concl. prima nu. 28.
multiſq; canfirmat Tiraquel. in d. l. boues. li-
mit. 6. Potiſsime uerò duobus exemplis hiſtori
cis, quorum ſatis erit primum ad rem noſtram
referre. Poſt Cannenſem pugnam, Annibal ex
captiuis Romanis, quos detinebat, decem iu-
ratos ad Senatum Romanum miſit in caſtra re
dituros, niſi de redimendis captiuis impetra-
rent, Cum egreſsi caſtris eſſent, unus ex iis, ue
lut in caſtris aliquid eſſet oblitus, in caſtra re-
diit, iuris iurandi ſoluendi cauſa, & confeſtim
comites ſecutus eſt. Re à Senatu non impetra-
ta, cæteri in caſtra Annibalis redierunt, is do
mum abiit, tanquam fallaci in caſtra reditu ſe
ſe iureiurando exoluiſſet, nec iterum redire te
neretur. Quod cum reſciuiſſet Senatus cenſuit
eum compræhendendum eſſe, & cuſtodibus
publicè datis ad Annibalem deducendum. Et
quidem rectè, nam ex huiuſmodi primo, falla-
ciq; reditu non erat ſatisfactum menti, & intẽ
tioni concedentis. Si. n. in diſpoſitione legis,
de qua loquuntur Doctores, ut concludit Tira
quel. in d. l. boues. limit. 6. ad fin. poſt Bal. in l.
1. col. 8 uerſ. tertiò quæro, C. de his, quæ pœn.
nom. Soc. conſ. 17. circa med. uo. 1. & Curtium
Iun. conſ. 178. nu. 27. res ultra primum actum
porrigitur, quando per primum non reperitur
ſatisfactum menti legis diſponentis, idem dici
91 debet in diſpoſitione ultimę uoluntatis † ut po
tè quæ illi æquiparatur, ex ſententia gloſ. Barto
li Fulg. Cornei, Alexandri & aliorum in l. 1. C.
de his, quibus ut indig. Bar. in l. in cognitione
ff. ad Sen. conſul. ſilla. cum ſimil. quos adducit
ſic arguens Tiraquel. in d. l. boues. limitatione
10. nu. 4. poſt Aretinum ſic pariter arguentem
in d. l. ſerui electione. poſt princ.

Duodecimò non omitto, dictam l. boues §.
hoc ſermone. limitari non modo, quando di
ſponentes aliter expreſſè dixerint l. eum qui ca
lendis. ff. de uerb. obl. l. ſi duo. §. 2. ff. de uerbo.
ſigni. Tiraquel. ibi limitatione 11. ſed etiam
92 quando † ex coniecturis uerisimiliter collige-
retur, intentionem partium aliter uerba intel-
ligere, exempli gratia, ſi quis uendidit fructus
prædii præſentis anni, quod prædiũ binos fru-
ctus afferat hoc anno, preciumq; conuentum
ſit æquiualens omnibus illis fructibus, certè nõ
de primis tantum, ſed de omnibus actum intel
ligetur, ut tradunt Rom. & Alex. in l. diuortio.
§. quod in anno, quem legit cum §. ob donatio
nes, ff. ſol. matr. Cepol. de ſerui. ruſt. præd. titu-
lo de ſerui. iur. paſcẽ. Natta in cle. ſępe, in prin.
col. 62. uerſ. mihi magis placet, de uer. ſig. & fa
cit gloſ. notab. in l. ſemper in ſtipulationibus,
ibi. Item actum intellige, etiam tacitè, & poſt
eam Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. pleniuſq; con-
firmat Tiraquell. in d. l. boues. limit. 12. Sed in
caſu noſtro, ſi conſideremus perſonam D. Au-
guſtini, qui poteſtatem dedit D. Suſanæ diſpo-
nendi de dictis bonis, tacitè conſtat, & quidẽ
93 uerisimiliter, quòd uoluerit † ipſam poſt pri-
mam electionem uariare alios nominando, q̃a
uoluit, quòd illa poſsit diſponere, tam in vita,
quàm poſt eius mortem, & ſic per ultimam uo
luntatem, quæ mutabilis eſt, & uariabilis, l. 3. ĩ
fin. cũ ſequenti. ff. de adi. leg. §. poſteriore. Inſt.
quib. mod. teſt. infir. nam faciens aliquem actũ
cenſetur ſe aſtringere legibus de illo actu lo-
quentibus, Bal. in l. ſi duo, per illum tex. ff. de ac
quir. hær. Bar. in l. Iuriſiurandi §. ſi liberi. ff. de
ope. liber. Ang. in l. tres fratres ff. de pact. An-
ch. conſ. 125. vol. 3. quod etiam procedit in ul-
94 tima uoluntate † Bar. in l. hæredes mei §. cum
ita ff. ad treb. Aret. con. 145. Cor. 72. col. 2. &
conſ. 138. ad fin. uol. 2. & in dubio actus intelli
gitur factus, ſecundum quòd ius diſponit c.
ex literis. de conſt. c. ſedes, de reſcr. c. uenien-
tes, de iureiur. quæ iura citat ad hoc Calder.
conſi. 11. de feud. Crauet. conſ. 186. num. 6. &
Rol. à Val. conſi. 37. in prin. uol. 2. Similiter ex
parte D. Suſanæ patet, intentionem ſuã fuiſſe,
uſque ab initio temporum ſibi poteſtatis con-
ceſſę per D. Auguſtinum, uariandi circa nomi-
nationem perſonarum, ex nominatione primò
facta de filiis D. Antonii, poſtea uerò de D. Ca
95 therina filia ſua, quia actus † qui ſequitur, decla
rat uoluntatem præcedentem, §. pauonũ, Inſt.
de rerum diuiſi. l. ſed & ſi Iulianus, §. proinde
ff. ad maced. not. Bar. in l. cætera. §. fin. ff. de
leg. 1. Dec. conſi. 336. in prin. vnde patet omni
reſpectu D. Suſanam potuiſſe uariare, & electio
nem primam fuiſſe ſublatam, nec in ea fratres
Souicos ſe fundare poſſe.

Ad decimum & ultimum dico, quòd, cũ D.
Suſana poſt ſecundam nominationẽ factam de
annoũ ſuo 4. ſuperuixerit, uſq; ad annum 1521.

ſemperque poſſederit res ſibi donatas tacenti-
bus, & quaſi conniuentibus D. Dionyſio & fra
tribus primò nominatis, vt in facto narrat Cla
riſsimus D. Senator, quæ verba ſupponunt, ip-
ſos habuiſſe notitiam de prima eorum nomina
tione, & de ſecunda D. Catherinæ, ſequitur, ꝙ
ex quo de tali ſecunda nominatione conque-
96 ſti † non fuerunt, dum vixit D. Suſanna, mi-
nus ea mortua poſſunt conqueri D. Fratres So
uici cauſam habentes à ſolo D. Dionyſio, me-
diante patre ſuo, per id quod tradit Cuma. cõ.
164. col. 3. de Domino directo, qui non fuit cõ
queſtus in vita vaſalli, de caducitate incurſa ꝑ
eum, qui mortuo eo, non poteſt amplius eam
ſucceſſoribus vaſalli opponere, idemque tenet
Caſſad. deciſ. 2. de loca. Benintendus deciſ. 37.
Rui. conſ. 10. n. 4. conſ. 128. n. 8. conſ. 159. n. 13.
& conſ. 168. n. 20. vol. 1. Ripa in l. 2. q. fin. C. de
reuo. don. Ceph. conſ. 152. nn. 99. quæ reſpon-
ſio ſit præter aliam, quam dedit elegãter idem
D. Conſulens & Senator ampliſsimus, ad cu-
ius dicta me remitto. Et ex his, vt huic labori
meo, qualiſcunque fuerit, placidiſsimo tamen,
finem imponam. Sequitur Illuſtres Fratres Tri
uultios à petitis abſoluẽdos & liberãdos fore.

Hippolytus Rimin. Ferra.

SVMMARIVM.

1 *Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit.*
2 *Diſputãdo, et opponendo veritas clarius ſplendeſcit.*
3 *Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.*
4 *Argumenta pro contraria parte prius ponenda.*
5 *Abblatiui abſoluti important conditionem.*
6 *Conditio poſita in prima donatione, cenſetur in ſecunda repetita, ſed contra infra nu. 35. & ſeqq. & 155. & ſeq.*
7 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, declaratur tamen, & limitatur latiſsime infra nu. 120. vſque ad nu. 130*
Quod procedit etiam si ſubrogatum in aliquo diſcreparet, ibid.
8 *Repetitio conditionis uiduitatis ratione ſubrogationis habet locum etiam in relicto in diuerſa oratione facto, ſed contra infra nu. 130. & ſeq.*
9 *Legatum vſufructus ſubrogatum loco annui legati ſapit naturam illius, nu. 9. vide nu. 131.*
10 *Qualitas contractus ab effectu rei, non ſecundum ſonum verborum iudicatur. vide infra nu. 137. et ſeq. maxime nu. 142.*
Verba magis deſeruiunt naturæ contractus, quam e contra, ibid.
Non intentio verbis, ſed verba intentioni ſeruire debent. ibid.
11 *Verba cum effectu & non verbotenus intelligenda ſunt.*
12 *Reformari contractus dicitur, quando in totum non tollitur ſed pro parte, & nu. 139.*
13 *A contractu reformato non eſt re[illegible] dum dic ut infra, nu. 137. & ſeq.*
Qualitas primi contractus videtur repetita, ibid.
14 *Dicta in præcedentibus intelliguntur in ſequentibus repetita, limitatur & declaratur nu. 146. & ſeqq.*
Dicta in uno capite intelliguntur tacite repetita in alio, ibid.
Conditio appoſita in præfatione donationis cenſetur in ſequenti donatione repetita, ibidem. ſed declara infra nu. 154.
15 *Conditio adiecta vni diſpoſitioni per teſtatorem videtur in ſequenti repetita, vide num. 35. cum ſeq. & 155.*
16 *Conditio appoſita in inſtitutione videtur in legato repetita, ibid.*
17 *Conditio primæ ſubſtitutionis cenſetur in alia repetita, ſed contra nu. 158. & ſeq.*
17 *Conditio maſculorum in primo teſtamento appoſita cenſetur repetita in ſecundo facto ſub eadem forma, ſed reſpondetur infra nu. 161. & ſeq.*
18 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates valet, & econtra.*
19 *Conditio regulariter appoſita in primo legato non intelligitur repetita in alio.*
Quod procedit etiam ſtante dictione repetitiua, item, vel hoc amplius. ibid.
Item maxime habet locum vbi inter vnum legatum & alteram quædam alia extranea & impertinentia interſeruntur. ibid.
Fallit in conditione viduitatis, n. 20. ſed contra nu. 163. & ſeq.
21 *In vltimis voluntatibus electione ſemel facta, tollitur facultas variandi ſecundum communem opi. ſed declaratur infra latiſs. n. 171. vſq. ad nu. 183.*
22 *Diſpoſitio loquens de electione intelligitur de prima & vnica, dic tamen vt infra nu. 183. & ſeq.*
Prima electione conſumitur ius eligendi, ibidem. vide nu. 183.
23 *Qui habet poteſtatem nominandi, vel eligendi virtute contractus præcedentis in tali nominatione uidetur merus executor, declaratur nu. 195. & ſeq.*
Item non poteſt electionem alterare addendo nouas conditiones. ibid.
24 *Proteſtatio contraria actui, qui geritur, nihil releuat, declaratur & limitatur n. 203. & ſeq. vſque ad nu. 211.*
25 *Habens facultatem eligendi iure alieno, non poteſt niſi ſemel eligere, dic vt nu. 211. & ſeqq. maxime. 213. & 214.*
26 *Proteſtatio facta ad declarationem donationis valet, ſed vide nu. 216. & ſeq.*
Qui declarat nihil nunc dat, ſed datum ſignificat, ibid. declaratur & limitatur nu. 230. & ſeqq.
27 *Donatio facta filiæ in poteſtate ab initio, etiam cum iuramento non valet, ſed contra n. 234. & ſe. ſecundum communem, magis cõem & veriorem opin.*
Filia nupta eſt in poteſtate patris, ibid.
28 *Donatio facta à patre filiæ, vel filio in poteſtate habet vim relicti.*
Quod etiam habet locum si pater dicat, ſe donare filiæ irreuocabiliter, ibid.
Item si adsit iuramentum, n. 29. contra d. nu. 234.

30 Donatio facta abſenti non valet etiam ſi not. pro eo ſtipuletur, niſi acceptet, ſed contra nu. 238. & ſeq. ſecundum cōem veram & receptam ſententiam.

Item huiuſmodi donatio poteſt ante ratificationem per donantem reuocari, ibid. ſed contra nume. 22.

32 Donatio facta alicui, vt poſt eius mortem eſſet talis Eccleſiæ, poteſt in præiudicium Eccleſiæ reuocari, limitatur & declaratur infra, nu. 246.

33 Clauſula vbi non eſt per ſe principaliter poſita, ſed ad aliam diſpoſitionem qualificandam, vt in conditio. non refertur niſi ad illud, in quo inſeritur.

34 Argumentum de relatione ad repetitionem valet.

35 Qualitas ſeu conditio poſita in vna oratione non cenſetur repetita in alia ſeparata & diſtincta ſecundum communem opin. de qua ibi latiſſime.

Maxime ſtante diuerſitate rerum, & etiam Concurrente identitate perſonæ. ibidem.

Qualitas in viduitate appoſita in præcedenti oratione ſtatuti non intelligitur repetita in ſequenti 36.

37 Conditio donec honeſtè & caſte vixerit, poſita in vno legato facto vxori non cenſetur repetita in altero eidem facto.

38 In diuerſis contractibus factis etiam eodem tempore, diuerſa qualitas & conditio adiecta in vno non videtur in alio repetita, quanuis in ſecundo fieret mentio de priore, immò ſtante etiam ſubrogatione.

39 Conditio poſita in contractu, qui non habuit effectum non intelligitur repetita in contractu poſtea facto.

40 In materia, quæ latè debet interpretari, nunquam repetitio intelligitur facta, quando illa materia reſtringeretur.

41 Clauſula in princ. vel fine poſita refertur ad ſequentia & præcedentia.

Fallit vbi reſtringeretur materia large vel largiſſime interpretanda, ibid.

42 In donatione fit pleniſſima interpretatio.

43 Conditio viduitatis poſita in vna donatione non debet in altera cenſeri repetita, maxime ſi ſecunda fiat, vt ſit fauorabilior, gratis & amore.

44 Repetitio nunquam fit, quoties tractatur de præiuditio tertij.

45 Clauſula nunquam refertur ad præcedentia, quando læderetur ius tertij.

46 Prænominatus in donatione cenſetur dilectus, & prius vocatus.

Quòd multo magis procedit in eo, qui ſpecialiter & nomine proprio fuit vocatus. nu. 47.

48 Repetitio conditionis fit, vel non fit ex præſumpta mente deponentis.

49 Teſtator præſumitur voluiſſe facere legatum validum.

50 Viduitatis ademptio tendit in fauorem vxoris.

Mulier viduitatem ſeruare eſt non parui oneris, & momenti, ibid.

Mulieres à natura progenitæ ſunt, vt partus ederēt & in hoc maxima cupiditas illis conſtituta eſt, ibidem.

51 Conditio viduitatis poſita in prima donatione non cenſetur in ſecunda repetita ex præſumpta mente diſponentis.

52 Non eſt veriſimile, quod qualitas in præcedenti capitulo adiecta in fauorem ſtipulatoris, in ſequenti capitulo ad ipſius odium videatur repetita.

Conditio viduitatis adempta in fauore vxoris non debet in eius odium cenſeri repetita, ibid.

53 Repetitio qualitatis etiam vbi alias de iure eſſet facienda impeditur tacita voluntate teſtantis.

54 Donator cenſetur conditionem viduitatis in prima donatione poſitam omiſiſſe in ſecunda, ſi ibi non expreſſit.

Pacile eſt teſtatori exprimere, donec in viduitate permanſerit. ibid.

55 Si in vna diſpoſitione fit mentio de filijs maſculis, & in alia de filijs ſimpliciter ſub ſimplici & generali filiorum mentione, etiam fœminæ continentur.

Conditio ſine liberis à teſtatore in vno caſu expreſſa cenſetur omiſſa in altero, in quo non expreſſit. nume. 56.

Qualitas poſita in prima ſubſtitutione de maſculis non cenſetur repetita in ſecunda de fœminis, nume. 52.

Qualitas perpetuitatis expreſſa in legatis particularibus non cenſetur repetita in fideicommiſſo uniuerſali. nu. 58.

Qualitas maioris ætatis expreſſa inter aliquos, non cenſetur repetita inter alios ex præſumpta voluntate teſtatoris. 59.

Conditio viduitatis non cenſetur repetita, quia teſtator ſciuiſſet eam exprimere ſi voluiſſet. ibidem.

60 Expreſſis aliquibus conditionibus in ſecunda donatione, quæ non erant in prima, & nonnullis ex his, quæ erant in prima, cæteræ cenſentur omiſſæ.

61 Confutatur Dec. conſ. 190. colum. quarta verſicul. non obſtat, quod in ſecunda, & verſ. vltimo non obſtat, infra nume. 84. columna tertia. verſ. quarto. hoc idem. infra numero 120. & ſeqq. & nume. 137.

62 Non eſt veriſimile, quod ſæpius quis uoluerit grauare, & pro eiſdem rebus onus multiplicare.

63 Onus & grauamen eſt non poſſe diſponere pro ſuo libito.

64 Conditio, quæ vitiat in dubio, non videtur repetita.

Conditio, quouſque vxor caſte & honeſte vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, non cenſetur repetita quando vitiaretur diſpoſitio. 65

Conditio quæ reddit legatum inutile, non cenſetur repetita in legato facto vxori. 66.

67 Clauſula ſequens, vel præcedens non refertur ad diſpoſitionem præcedentem, vel ſequentem, quando per talem relationem diſpoſitio fieret inutilis.

Clauſula ſeu qualitas adiecta in vno capitulo teſtamenti non refertur ad aliud, quod ex tali relatione vitiaretur. nu. 68.

69 Diſpoſitio ſub conditione concepta, deficiente conditione nullum ſortitur effectum.

Quod procedit [illegible] donatione & re ſpirituali. 70.

Immo in qua. ſup. diſpoſitione. 71.

Paria ſunt nihil fieri, aut fieri ſub conditione. 72.

Conditio appoſita uni gradui non cenſetur repetita in ſequenti. 73.

Conditionis defectus facit deficere gradum, ibid.

74 In pœnalibus non fit repetitio.

75 Annullatio actus dicitur pœna, idque maximè procedit ubi prouenit ex ſola prohibitione, nu. 78.

Donationis annullatio eſt pœna. nu. 76.

Pœnæ non habent locum, niſi expreſſæ ſint, nu. 77.

79 Repetitio qualitatis diſpoſitionis extinctæ non cenſetur facta in ſequenti diſpoſitione.

80 Clauſula omnia & ſingula, comprehendit omnia, & nihil excludit.

Hæc uerba omnia & ſingula, habent vim geminationis, & ſtant non ſolum collectiuè, ſed etiam diſtributiuè, ut quælibet res quamuis particularis contineatur, num. 81.

Quod multo magis debet procedere ſtante geminatione num. 82.

83 Verba debent aliquid operari.

85 Si legatum factum alicui ſub conditione, in alium transferatur, translatio uidetur facta cum illa conditione, declaratur nu. 87.

86 Nullum quod eſt, nullum effectum operari poteſt nu. 145. & 188.

87 Intellectus ad l. legatum. ff. de adim. leg.

Translatio legati iu aliam perſonam cenſetur facta ſub eadem conditione, quando in eod. teſtamento vel codicillis facta eſt, ſecus quando in alio teſtamento per quod primum reuocatur nu. 88.

89 Actore non probante reus etiam ſi nihil præſtiterit debet abſolui.

Idquè procedit etiam ſi conſtet reum nullum penitus ius habere, nu. 90. & 111.

91 Non curatur de iure poſſeſſoris ſi non conſtat de iure petitoris.

92 Ius excipiendi metiri poſſumus ex perſona agentis, cum ius agendi, uel petendi non habet, licet nec nos ius retinendi.

93 Ablatiui abſoluti non minus faciunt conditionem expreſſam quam dictio, ſi.

94 Verba hæc ſtante in habitu uiduali, & lectum, & honorem &c. idem important, ac ſi diceretur, ſi ipſa ſteterit in habitu uiduali, vel ſi non nupſerit.

95 Curt. Sen. conſ. 15. ad fin. damnatur.

96 Quæ differentia ſit ratione conditionis inter ablatiuos abſolutos, & dict. donec, & quouſque.

Ablatiui abſoluti faciunt conditionem expreſſam, ibid.

Dictio donec & quouſque, faciunt conditionem reſolutiuam, ibid.

97 Notarij debent eſſe cauti, ut ſciant concipere uerba ſecundum mentem teſtatoris.

In minimo uerbo magnus conſiſtit effectus, ibid.

Notarij imperiti frequenter errant contra intentionem teſtatoris, ubi ſupra.

Notarij ignorant differentiam inter ſi & quouſque, ibid.

98 Rom. conſ. 216. alias 516. inci. in caſu propoſitæ conſultationis col. fin. declaratur.

99 Viduitas perpetua inducitur per illa uerba, ſtante in habitu uiduali, & nu. 105.

Non ſufficit huiuſmodi conditionem ſemel eſſe impletam, niſi duret, ibid.

Si Maritus leget uxori ſub illa conditione, ſi uxor non nupſerit, uel ſi remanebit uidua, inducitur, viduitas & perpetuo debet ſeruari nu. 100.

Quo in caſu ſi uxor aliquo tempore ſteterit uidua, & poſtea ſecundo nupſit, tenetur rem cum fructibus perceptis & percipiendis reſtituere, ibid.

Si maritus leget uxori, ſi uidua remaneret, uxor non habet legatum niſi in uiduitate perſeueret num. 101.

Vbi fit mentio de uiduitate, intelligitur cum effectu, num. 102.

Vxor inſtituta à uiro ſub conditione, ſi accipiet ordinem S. Franciſci, non dicitur impleuiſſe conditionem, ſi illum habitum accipiat, & non perſeueret, num. 103.

Conditio ſtudendi alicui impoſita intelligitur ita quod perſeueret, & gradum doctoratus conſequatur, aliàs non dicitur impleta, nu. 104.

Conditio non dicitur impleta, ſi non manſerit impleta, num. 106.

Conditiouis natura eſt indiuidua, nu. 107.

108 Conditionem non ſuffcit impleri pro parte, quæ in totum poteſt impleri, & ſeq.

110 Nemo ſine actione experitur.

112 Suffcit quoad aduerſarios liberas habere ſedes.

113 De iure tertij licet opponere, quando eſt excluſiuum iuris agentium ipſo iure.

In caſu l. fin. C. de rei uindic. & ſic actore non probante licet opponere de iure tertij. 114.

Excipiendo quis de iure tertij non uidetur allegare turpitudinem ſuam, nu. 115.

Variare licitum eſt alicui aduerſus diuerſas perſonas & quoad vnum dicere vnum, & quo ad alterum contrarium affirmare, nu. 116.

Ius tertij ubi excluſiuum eſt iuris agentis etiam tertio nolente opponi poteſt, nu. 117.

Et quæ ſit ratio, habetur ibid.

Duo non poſſunt eſſe domini in ſolidum, ibid.

Actore non probante intentionem negatam, ſuccumbit. ubi ſupra.

Bannitus qui per ſtatutum repellitur ab excipiendo, non tamen uidetur prohibitus opponere exceptionem intentionis & facti. nu. 118.

Si non excipitur de iure tertij ipſo iure excluſiuo iuris agentis conſulendum eſt iudicis offi. nu. 119.

121 Reg. l. ſi eum. ff. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus, cum ſim. declaratur & lim. & ſeq. nu.

123 Conditio eſt accidens.

Conditio eſt quædam qualitas, ibid.

124 Conditio dicitur extrinſeca.

125 Accidens quid ſit.

126 Conditio poteſt adeſſe, & abeſſe à donatione, & quolibet contractu abſque eo quod contractus corrumpatur, & nu. 134.

128 Priuatio diſponendi, & eligendi eſt pœna.

130 Rui. conſ. 53. nu. 5. vol. 2. reprehenditur.

131 Intellectus ad l. generali. §. pen. ff. de vſufruct. leg. & ſeqq. num.

132 Ex lege, quæ plures habet intellectus, nō eſt argu dū.

133 De natura annui legati eſt, ut eius dies cedat

in prin.anni.

134 Conditio non eſt de natura legati, uel alterius diſpoſitionis.

135 Conditio non debet intelligi repetita, ubi quis ab aliquo actu excluderetur.

136 Conditiones non ſunt ſubaudiendæ ad reſtringendum fauorem legati.

138 Contractus quando dicatur reformari, & ſeqq. maxime. 142.

139 Reformare uerbi proprietas eſt aliquod addere, uel diminuere priori diſpoſitioni.

140 Diſponere verb. refertur ad vltimas uoluntates. & 172.

141 Vbi in contractu interueniunt nouæ perſonæ noua qualitas & noua forma, nouus contractus dicendus eſt.

142 Cum in ſecunda donatione repetitur omne, quod erat in prima deductum non poteſt dici reformata.

143 Contractus non dicitur reformari, quando ſecundus eſt celebratus cum derogatione primi.

144 Omnis reformatio præſuponit eſſe.

Quod non eſt non poteſt reformari, ibid.

146 Dicta in præcedentibus intelliguntur in ſequentibus repetita, declaratur, & limitatur uſq. ad numerum. 155 &c.

Primo in his quæ aguntur inter partes, antequam perueniatur ad contractum, ibid.

Secundo quando incontinenti poſt tales præfationes ſequitur contractus. 147.

Quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe. nu. 148.

Non dicitur fieri incontinenti, quod fit poſt tres annos. 149.

Pactum dicitur appoſitum incontinenti, quando fuit factum antequam partes habeant contractum pro perfecto. num. 150.

Tertio procedit in eod. contractu, non in nouo ex interuallo celebrato. 151.

Quarto non habet locum quando actus uitiaretur. 152.

Quinto non procedit in pœnalibus. 153.

154 Rim. conſ. 383. nu. 75. & ſeq. & nu. 44. declaratur.

155 Conditio adiecta uni diſpoſitioni per teſtatorem an & quando videretur in ſeq. diſpoſitione repetita.

156 Dictio hoc amplius, repetitionem inducit.

Conditio intelligitur repetita, ubi oratio eſt imperfecta, ſecus ſi perfecta ſtāte etiam dict. item. 157.

85 Oldradus conſ. 141. nu. 2. reprehenditur.

Dec. conſ. 227. nu. 3. confutatur ibid.

159 Qualitas illa, ſi deceſſerit ſine filijs maſculis, poſita in una ſubſtitione non dicitur in alia repetita & nu. ſeq. ſecundum magis communem opin.

160 Qualitas maſculina, quando eſt adiecta inſtitutioni, non autem ſubſtitutioni non trahitur ad alias perſonas.

161 Corn. conſilio 275. in præſenti conſultatione. vol. 4. confutatur.

162 Per dicta in vna parte teſtamenti licet poſſint declarari alia in eod. teſtamento diſpoſita, non tamen per dicta in primo poſſunt declarari diſpoſita in ultimo. a-

Teſtamentum in quo pater filiæ reliquit ſimpliciter dotem eſt nullum, ibid.

163 Conditio viduitatis poſita in una diſpoſitione non cenſetur in alia repetita ſecundum communem. & ſeqq. nu.

Caſtr. conſilio 11. ad finem uolumine 2. in nouis confutatur. ibid.

Item Rui. conſ. 53. ſub. nu. 4. & conſ. 84, num. 9. uol. 2. damnatur, ibidem.

Conditio viduitatis appoſita in legato vſufructus, non cenſetur repetita in ſubſtitutione facta uxori. 164.

165 Communis opin. eſt, quæ plurium doct. auctoritate nititur.

166 A communi opinione in iudicando non eſt recedendum.

167 Intellectus ad tex. in §. quia uero. alias. §. quæ uerò auct. de nupt.

168 Animæ mortuorum ſecundum naturalem cognitionem, neſciunt quæ hic aguntur.

Qualiter autem poſſint facta uiuentium cognoſcere. 169.

Animæ beatorum non poſſunt contriſtari. 170.

De animabus exiſtentibus in inferno non eſt curandum, ibid.

Animæ exiſtentes in purgatorio non poſſunt contriſtari de his quæ fiunt iuxta ius pontificium, ibid.

171 In ultimis uoluntatibus electione ſemel facta, quando licet uariare, & ſeq.

173 Diſponens in ultima uoluntate confert effectum poſt mortem.

174 Qui habet facultatem eligendi cum morietur, ſeu poſt mortem, ut in teſtamento, uſq. ad mortem poteſt eligere.

175 Verb. relinquo, denotat ultimam voluntatem.

176 Electio facta in teſtamento fit reuocabilis.

177 Contractus factus in teſtamento efficitur reuocabilis. 178. & 185. Idque procedit in donatione inter uiuos quæ regulariter eſt irreuocabilis, num. 178.

179 Intellectus ad l. apud Auffidium. ff. de optio. leg. & num. ſeq.

Intellectus ad l. ſerui electione, in prin. ff. de leg. 1. l. huiuſmodi. §. Stichum. ff. eod. ibidem.

181 Legata non debentur niſi morte ſecuta.

182 Ius eligendi competens ex contractu, ut puta ex donatione inter viuos eſt uariabile, maxime quando electio non trahit ſecum executionem.

183 Diſpoſitio loquens de electione intelligitur de prima & unica, ſed declaratur ibidem, & nu. ſeqq.

184 Teſtamentum eſt actus reiterabilis.

185 Actus alias irreuocabilis factus in teſtamento ſortitur eius naturam reuocabilem.

186 Electione nulla, licet iterum eligere.

187 Iudex cui data eſt a ſtatuto facultas eligendi arbitrum, ſi eligat abſentem, qui non poteſt arbitrari poteſt uariare.

189 Electio facta in teſt. nō ualet niſi adita hæreditate.

190 Relicta in teſt. non ualent niſi adita hæreditate.

191 Teſtamentum vnum per alterum tollitur.

192 Electio conditionalis non ualet.

193 Electio facta per illa uerba, nec aliter, nec alio modo, eſt conditionalis.

Teſta[illegible] hæc, & non aliter, nec alio modo, habent [illegible]onditionis, ibid.

Dec.

195 Dec. conſilio 543. numero 7. & ſeqq. declaratur, maximè numero 202.

196 Teſtamentum morte confirmatur.

197 Electo abſenti non quæritur ius prius quam acceptet.

Electio facta de abſente poteſt reuocari ante acceptationem ab eo factam, ibid.

Electo nullum ius quæritur ex ſola nominatione. ibidem.

198 Nominatio nullum ius acquirit nominato niſi ipſe, uel alius pro eo ſit præſens nominationi.

199 Abſentia præſumitur.

200 In teſtamento non requiritur præſentia.

Et ideò in ultima uoluntate non requiritur præſentia grauati, uel onerati. ibidem.

202 Qui ſe fundat in præſentia tenetur illam probare.

203 Per proteſtationem, ſeu reſeruationem conſeruatur ius iterum eligendi.

204 Conditio appoſita poſt pactum ſeu ſtipulationē dum tamen incontinenti ſuſpendit & impedit productionem entitatis.

Item d. conditio eſt pars diſpoſitionis, ibid.

205 Pronuntians in ſententia, licet ſit functus officio ſuo, tamen reſeruando in ſententia poteſtatem immutandi, ex interuallo poteſt immutare.

206 An & quando proteſtatio contraria actui, qui geritur, releuet, & nu. ſeqq.

Cap. ſolicitudinem, in fine de appel. declaratur, & limitatur.

207 Teſtamentum, hæreditatis aditio dependent à ſolo facto proteſtantis.

209 Nominatio facta in teſtamento poteſt mutari uſq. ad mortem.

210 Proteſtatio ſicut non tollitur per actum factum incontinenti contrarium proteſtationi, ita nec facta incontinenti poſt actum debet tolli.

211 An & quando quis dicatur habere facultatem eligendi iure proprio uel alieno, & ſeq.

212 Si donatarius donet rem ſibi donatam alteri ex diſpoſitione primi donantis, an & quando ſecundus donatarius dicatur habere à primo donante, uel à ſecundo.

213 Eligit iure alieno, qui tanquam procurator alterius facit.

214 Habens facultatem eligendi iure alieno, quando poſſit iterum eligere, & ſeq.

Quando dicatur cogitatum de effectu, ibid.

216 Donatione perfecta non poteſt donator conditionem uel modum poſtea adijcere.

217 Pater, qui donauit filijs non poteſt in eorum præiudicium ſuper rebus donatis, tanquam ſuper alienis diſponere.

218 Qui donat priuatus eſt dominio rei donatæ & ideo non poteſt poſt modum in teſtamento onus in re donata imponere.

219 In donatione facta à Rege cuidam, & eius primogenito, & alijs ſucceſſiue, primogenito, & alijs ſucceſſiue videtur ius quæſitum ex contractu donationis.

Et hæc donatio non poteſt reuocari etiam ab ipſo Rege qui donauit, ibidem. 1 ib. ff.

220 Ius quæſitum alteri non poteſt auferri.

Quod procedit etiam ſi ſit illi quæſitum facto & conſideratione eius, de cuius facto diſputatur, ibi.

221 Qui a principio ſimpliciter ſe obligauit, non potuit poſtea pacta, uel conditiones in teſtamento apponere.

222 Non ſtatur confeſſioni illius, a quo quis cauſam habuerit.

Facile eſt alicui reuocare donationem, quam alteri fecit confitendo ſe prius alteri donaſſe, uel rem donatam obligaſſe, quod eſſe non debet. ibidem.

223 Vbi plura ita ſe habent, quod alterum eſt eligendum interim non poteſt fieri alia diſpoſitio in præiudicium electionis.

224 An donatio cuius fructus, & effectus dilatus eſt poſt mortem donantis, dicatur cauſa mortis dic quod non, & ſeqq. maxime nu. 225.

Donatio cauſa mortis eſt, in qua fit mentio mortis, ibidem.

Donatio cauſa mortis poteſt reuocari, ibid.

226 Ex ſolemnitatibus adhibitis cognoſcitur donatio inter uiuos.

227 Doctori conſulenti ſtandum eſt in eo, quod pro parte ſui clientis dicit.

228 Item an uoluerit teſtari uel codicillari.

229 Vbi in donatione eſt facta mentio mortis per modum dilationis dicitur donatio inter uiuos, non cauſa mortis.

Maxime ſtante iuramento, ibidem.

230 Reg. l. hæredes palam. §. ſi quid de teſtam. declaratur & limitatur. & ſeqq.

233 Perſonæ in donatione & electione ſunt de ſubſtantia.

Illa dicuntur eſſe de ſubſtantia, ſine quibus actus non poteſt conſiſtere, ibidem.

234 Donatio facta filio, uel filiæ in poteſtate cum iuramento ualet, & ſeqq.

Et hæc eſt communis, magis communis, & uerior opin. ibidem.

Caſt. conſilio 345. nu. 3. vol. 1. in nouis confutatur ibidem.

235 Pater priuauit ſe facultate diſponendi ſuper bonis donatis filio etiam in poteſtate cum iuramento.

Item non poteſt ea reuocare, nec contrauenire, ibid.

236 Quæ donatio non ſolum firmatur, ut obſeruetur iuramentum, ſed ut ualeat donatio.

237 Et præfata multo magis procedunt in donatione facta filiæ iam ad maritum traductæ.

238 Donatio facta abſenti, ſi notarius pro eo ſtipuletur ualet ſecundum communem, ueram & receptiſſimam ſententiam.

Et ita communiter practicatur, & hanc ſententiam totus mundus obſeruat. ibidem.

239 Nedum pro Notarium acquiritur utilis actio ignoranti, uerum etiam & poſſeſſio, & dominium.

240 Concordantur opiniones circa donationem factam abſenti Not. pro eo ſtipulante.

In acquirenda poſſeſſione requiritur animus illius cui acquiri debet, ibid.

1 Ante ratihabitionem nō acquiritur dominium ibi.

Fallit in donatione fauore eius, ut ibi.

241 *Opinio doctoris diſtinguentis & concordantis opiniones alijs præferenda.*
242 *Ius & dominium, quod in donatione acquiritur abſenti ex notarij ſtipulatione non poteſt reuocari.*
243 *Donatio facta abſenti cum iuramento etiam ſine ſtipulatione notarii ualet.*
244 *Iuramentum dirigitur in Deum, qui præſens eſt. Deus recipit pro abſente. ibid.*
245 *Iuramentum poteſt plures effectus operari.*
246 *Doctrina Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius ad finem. de uerbo. obliga. limitatur.*

Suffragio Altiſsimi inuocato.

CONSILIVM CXII.

IN cauſa, quę uertitur ex parte una inter Illuſtres Comites D. Georgium & D. Claudiū fratres Triultios Patritios Mediolanēſes, & ex altera inter Magnificū D. Hieronymū Souicū, tam diffuſè & ſubtiliter ſcripſit ipſe perilluſtris Co. Georgius I.C. Excellētiſsimus, Senator Regius meritiſsimus, & poſt eum clariſsimus Iuriſc. D. Hippolytus Riminaldus Dominus & præceptor meus colendiſsimus, qui omnia penetralia iuris ruminando nihil omiſsit quod ad ueritatis explanationem pertineret, ut opera mea minimè neceſſaria ſit nā eorum ſcriptis addere nihil aliud eſt quàm in Syluas ligna deferre, ſi quidem alia inuenire difficile, atque adeo impoſsibile uidetur, & ſi quid fortè ſupereſt intactum, iam meliora ſunt ab ipſis præocupata & decerpta. Veruntamen cum Reuerendus D. Cæſar Dulcius Sacerdos Cremonenſis & Sereniſsimi Ducis noſtri à ſacris uir literatiſsimus, & auditor meus chariſsimus à me per humanè d. Illuſtris Co. Georgii nomine petierit, ut hac in re ſententiæ meæ, qualiſcunque illa ſit, rationes redderem, tanta horum uirorum apud me auctoritas fuit, ut maluerim operam meam inanem haberi, quàm tam iuſto deſidero non obtēperare: quocirca pauca hæc eos imitatus, qui poſt optimorum uindemiatorum diligentem operam racemationem conficiunt, decerpere ueritatis ſtudio adductus conſtitui.

PRæſuponitur in facto (ut rem ipſam aggrediar) quòd anno Domini. 1498. die 22. Septemb. magnificus Dominus Auguſtinus Triuultius donauit nonnulla bona Magnificæ Dominæ Suſannæ eius uxori dilectiſsimæ, de quibus bonis pro ſumma ducatorum quatuor mille, dote d. Dominæ computata, uoluit illam poſt eius mortem diſponere poſſe, tam in uita q̃s poſt mortem pro eius libito, ipſa ſtante in habitu uiduali, & lectum, & honorem ipſius Domini Auguſtini honeſtè cuſtodiente, & pro reſiduo dictorum bonorum donatorum ut ſupra uoluit dictam Dominam Suſannam diſponere poſſe, dummodo diſponeret, & ea dimitteret Magnificæ Dominæ Catherinæ eorum iugalium filiæ, uel eius Dominæ Catherinæ filijs, aut filiis maſculis magnifici Domini Nicolai Triuultij prædefuncti d. Domini Auguſtini fratris, ipſa ſtante in habitu uiduali ut ſupra. Deinde placuit dd. coniugibus huic contractui renuntiare quo ad omnia, & eſſe in illis ſtatu & gradu perinde ac ſi donatio ipſa facta non fuiſſet. Poſtmodum idem magnificus Dominus Auguſtinus anno 1501. die. 25. ſept. donauit eidem magnificæ Dominæ Suſannæ res ab ijs, quæ in prima donatione continebatur, prorſus diuerſas, cum hac lege, & conditione, quòd ipſa Domina de dictis bonis pro ſumma ducatorum quatuor mille, tam in uita ipſius Dominæ, quàm poſt ad eius libitum uoluntatis etiam reſpectu proprietatis diſponere poſſet, pro reſiduo autem à dictis ducatis quatuor mille ſupra, uidelicet ſumma ducatorum ſex mille, uoluit dictam Dominam poſſe tam in uita, quam poſt diſponere, transferendo in dictam Magnificam Dominam Catherinam filiam, aut in filios ipſius Dominæ Catherinæ, aut in filios dicti Magnifici Domini Nicolai Triuultij, uel in filios Magnifici Domini Antonij Triuultij eiuſdem Domini Auguſtini fratris prædefuncti, uolens non aliter nec alio modo poſſe de eius bonis diſponere, ſubdenſque quod aliter & alio modo illa donatio non fiebat. Poſtremo idem Dominus Auguſtinus anno 1503. 14. Auguſti codicillos confecit, in quibus inter cætera ad maiorem declarationem præfatæ donationis nouiſsimè factæ, & eius animi dixit & proteſtatus fuit, quod tempore præfatæ donationis intelligebat & intellexit præfatam Dominam Suſannam de ipsis ducatis ſex mille potuiſſe & poſſe diſponere in dictam Magnificam Dominam Catherinam, uel eius Dominæ Catherinæ filios, uel in filios dicti Domini Nicolai, uel in filios dicti Domini Antonij ad omne eius Dominæ Suſannæ beneplacitum, ita quod habuerit & habeat electionem liberè diſponendi in quam perſonam uoluerit, ex ſuperius nominatis, non aliter atento ordine ſcripturæ, nec perſonarum proximiorum uinculo, & non obſtante, quod dici poſsit diſponendum eſſe in ipſam Dominam Catherinam, ſi uiuet tempore dictæ diſpositionis, uel in eius Dominæ Catherinæ filios, ſi uiuent tempore d. diſpositionis, tanq̃s proximiores ipsi Magnifico domino Auguſtino, & primo uocatos in ipſo pacto: quia dixit præfatus Dominus Auguſtinus eius mentis à principio, & tempore dd. codicillorum fuiſſe, quod ipſa Domina Suſanna poſsit uni, uel alteri relinquere pro arbitrio, & mera uoluntate, modò alicui ex nominatis ut ſupra relinquat. Mortuo autem præfato Domino Auguſtino Domina Suſanna adhuc uidua condidit teſtamentum, in quo inter cætera ad ea ſcuta ſex mille, quæ certis perſonis per dictum Dominum Auguſtinum deſtinata erant, nominauit filios dicti Domini Antonij Triuultij, hac tamen adiecta proteſtatione, ſeu conditione, ut quandocunque

ſibi placeret, poſſet de eis diſponere voluntatem præfatam immutando. & hoc perinde, ac ſi d. voluntas ordinata non fuiſſet, ſubdens ſe nonaliter, nec alio modo præfata egiſſe, nec feciſſe, nec declaraſſe, nec ordinaſſe, nec iudicaſſe, cum aliter nec alio modo eſſet intentio, mens, nec voluntas eius. Demum præfata D. Suſanna, cum iam tranſiſſet ad ſecunda vota, alterum ordinauit teſtamentum in quo inter alia dictā nominationem immutauit, nominando d. Magnificam D. Chatherinam eius filiam loco filiorum d. domini Antonij Triuultij.

QVibus ita ſtantibus quæritur modò utra electio ſeu nominatio ſit potior, & p̃ cōſequēs an magnifici Souici habentes cauſā à domino Dioniſio vno ex filiis præfati. D. Antonii iure agant, vt conſequātur dicta bona ſex mille ducatorum nunc poſſeſſa per prefatos Illuſtres fratres Triuultios filios & hęredes Illuſtris Co. Io. Firminati ex d. Domina Catherina ad illa bona per dominam Suſannam in ſecundo teſtamento nominata.

Et puto proculdubio electionem ſecundam
potiorē eſſe, & ideo dd. magnificos Souicos
1 non iure petere bona illa † verum quoniam
ferro viam aperit, qui per contraria tranſit,
vt inquit Bald. in l. precibus, columna octaua,
numero 33. C. de impub. & aliis ſubſtit. Curt.
conſilio 78. in principio, Socin. iun. conſilio
39. numero 19. volumine tertio, Crot. conſilio
136. numero primo, Rol. à Valle conſilio 43.
numero 7. volumine ſecundo, & conſilio 100.
2 numero primo, volumine eo. † & diſputando, & opponendo veritas clarius ſplendeſcit
l. vltima §. mixta. ff. de mune. & hono. l. of-
filius ff. de leg. tertiò. l. diui. ff. de iure patrona
tus. tradit Natta conſilio 637. colum. ſecunda
3 Rol. d. conſilio 100. numero ſecundo, uolumi
ne ſecundo, oppoſita. n. iuxta ſe poſita, teſte
Philoſopho, magis eluceſcunt, quem refert
& ſequitur Corn. conſ. 5. in princ. vol. 2. ad vtrā
4 que partem arguendum eſſe duxi † & quia pri
us arg. pro ea opin. quam conſultor tenere recuſat ponenda ſunt & poſtea pro ea, in quam
intendit indinare, Porc. in §. ſingulorum. verſ.
illud quęſitum. not. ult Inſt. de rer. diuiſ. & tradit Abbas in c. quid per nouale. not. 1. de uerb.
ſignif. Videtur prima facie dicendum, priorē
nominationem, ſeu electionem factam de filiis
D. Antonii à quorum uno Souici cauſam hēnt,
ſecundę preferendā, & ſic iure meritò præfatos
Souicos agere ad dicta bona, ſi quidem ipſi fuerunt electi adhuc uidua d. Domi. Suſanna & ſic
extante cōditione, magnifica autē d. Catherina
poſt tranſitum ad ſecunda uota, & ſic extincta
5 conditione, nam conditio illa, † quā denotant
uerba hæc ablatiui caſus *Ipſam ſtante in habitu viduali, & lectum, & honorem ipſius domini Auguſtini honeſtè cuſtodiente* iuxta text. in l. à teſtatore. ff.
de cond. & demon. & in l. euictis agris. ff. de
euict. tradunt Docto. communiter in rub. ff.
ſolut. matrim. ubi Rip. numero 30. Dec. conſilio 89. ſub numero ſecundo, Do. M. Rimi-
6 nal. conſi. 52. nu. 6. ubi infinitos congerit † poſita in prima donatione uidetur in ſecunda,
repetita, ut in hacmet ſpecie conſulendo voluit Dec. conſilio 190. qui ad hoc mouetur pluribus fundamentis, ex quibus duo tantum elicio, uidelicet 4. & 7. tum quia excellentiſsimus Do. Rimin. in ſuo eleganti conſilio ſuper hac cauſa omnia reaſumpſit, & non minus perbellè, quàm verè illis reſpondit, tum quia his duobus potiſsimum nititur ibidem Dec. ad ea ſemper pro reſolutione contrariorum confugiendo, quod etiam atteſtatur Illuſtris Senator in ſuo docto & eleganti conſilio quòd autem d. conditio uiduitatis poſita in prima donatione intelligatur in ſecunda repetita, uidetur facere, &c.

Primò ſecundum Dec. in d. conſilio 190.
columna tertia, uerſi. quartò hoc idem, quia
iſta ſecunda donatio in locum primę fuit ſubrogata, ut patet ſecundū eū ex uerbis inſt. ideo
illa conditio uiduitatis appoſita in prima do-
7 natione repetita uidetur in ſecunda, quia † ſub
rogatum aſſumit qualitates eius, in cuius
locum ſubrogatur l. ſi eum. §. qui iniuriarum.
ff. ſi quis cautio. c. eccleſia. el primo ut lit. pen.
& clem. 1. de ſupplen. neglig. prælat. ultra eum
addo tex. §. fuerat. ubi Docto. maximè Iaſon &
Gomeſ. not. 1. qui hanc regu. pluribus exornat, inſtit. de actio. l. ſi donatę. §. fina. ff. de donat. inter uir. & uxor. cum ſim. & hoc procedit
ſecundum Dec. ubi ſupra, licet ſubrogatum in
aliquo diſcreparet: quia nihilominus in aliis
eius naturam ſequitur, ut not. Paul Caſt. conſi.
129. licet iſta Domina Lyſa. columna quinta
quod eſt in nouis conſilio 73. columna fina.
uolumine primo, quem etiam ſequitur idem
Dec. conſil. 53. col. ſecunda circa principium
& conſilio 543. numero quarto, & Iaſ. in d. §.
qui iniuriarum. not. ſecundo. His accedat ul-
8 tra Dec. quòd † repetitio conditionis uiduitatis ratione ſubrogationis habet locum
etiam in relicto in diuerſa oratione facto, ut
tradit Ruin. conſi. 53. numero quinto uolumine ſecundo, per tex. in l. generali. §. penul. cum
ibi not. per Dyn. & Bartol. ff. de uſufruct. legat.
9 ubi notanter dicitur, quòd legatum † uſufructus ſubrogatum loco annui legati certæ quantitatis ſapit naturam illius: & ideo eius dies
cedit in principio: anni, ſicut quando legatum eſt annuum: quamuis ſecus eſſet, ubi ſub
rogatio ceſſaret l. defuncta. ff. de uſufruct.

Secundò uidetur comprobari hęc concluſio
ſecundum eundem Dec. ubi ſupra uerſ. ſextò
10 hoc idem, quia † qualitas contractus ab
effectu rei, non ſecundum ſonum uerborum
iudicatur, ut not. Bald. in l. ſecunda, numero
ſecundo, in fi. C. commod. ubi ait, quòd uerba
magis deſeruiunt naturæ contractus quàm. l.
natura uerbis, per text. quem dicit not.

in l. inſulam.ff.de pręſcrip. verb. & pręter eum
idem facit tex.in c.intelligentia, & in c.in his.
de verb.ſignif.vbi non intentio verbis,ſed ver-
ba intentioni ſeruire debent.idē quod Bal.te-
net etiam Abbas in c. conſtitutus.num.22. de
relig. domib. facit tex. ſecundum Dec.in l. vbi
ita donatur.ff.de donat.cauſa mor. & quod ibi
not.Bart.vbi donatio cauſa mortis facta,vt nul
lo caſu reuocetur,eſt inter viuos, non obſtante
mentione mortis. idem vltra Dec. in d. conſil.
100. voluit Pariſ.conſil.72. num.54. volum.4.
11 pro quo facit,quia † verba cum effectu, & nō
verbotenus debent intelligi. l. 1. §.hæc autem
verba.ff.quod quiſque iur.& Iaſ.in l. ſi tibi.nu.
1.ff.ſi cert.pet. dixit, quòd in contractibus de-
bemus magis attendere mentem,quàm verba.
per tex.in l.fina.cum ibi nota.per Bald. C.quæ
res pigno. obliga. poſſ. cum pluribus aliis per
eum ibi adductis.At conſiderato effectu prima
donatio non fuit annullata,vt verba ſonāt; ſed
in effectu fuit reformata reſpectu bonorum,
quæ erant extra territorium Mediolani: talis
enim commutatio bonorum facit, vt contra-
ctus primæ donationis dicatur reformari, &
quaſi renouatus dicitur.l.iuriſgentium.§.adeo
12 ff.de pactis. † reformare enim dicitur quan-
do in totum non tollitur, ſed pro parte, vt not.
glo. in c.ſtatutum. in princ.in verb.reforman-
dum. & ibi Doc. de reſcript.in 6. & not.Anto.
de Butr.in c.irrefragabili.in princip.not.3.per
illum tex.de offic.ord.facit tex.in c.ſicut olim.
& in c.olim.de accuſa. & in clemen. ne Roma-
13 ni.in princip.de election. † & à contractu re-
formato non videtur recedendum, niſi quate-
nus in reformatione expreſsè dicatur, & ideo
qualitas primi contractus repetita videtur, vt
not.Bald.in l.pacta nouisſima.col.fin.aliàs col.
penul. C. de pact. & ad hoc facit, quod notat
Bart.de contractu renouato in l. ſi mihi & ti-
tio. in prin.circa finem.ff. de verbo.obligatio.
Bal.in l.1.col penul.verſi.ſed quid ſi dominus.
nu.31.C.quando non pet. par. cum ſimilibus.
vt tradit Alexan. conſil.107.nume.14. volu.4.
& præter Dec.idem tenet Alexan.conſi.30.nu.
5.& 6.volu.1. ipſemet Dec. conſil. 53. in prin.
Rimi.conſil.292. nume.17. & conſil. 426. nu-
mero 17. Bero.in c.in præſentia.nume.394. &
ſeq. de probatio.vbi tenet,quòd natura & qua
litas primæ inueſtituræ cenſetur repetita in
ſecunda.

Tertiò vltra Dec. pro hac opinione videtur
14 facere,quòd dicta † in præcedentibus,intelli
guntur in ſequentibus repetita. l.Titia.§.idem
reſpondit.primo.& ibi docto.ff.de verbo.obli.
l. item quia.§.fina.vbi ſcribentes.ff.de pactis.l.
quemadmodum.in fin. ff.ad l. aquil. vbi notat
Bald. per illum tex. quòd dicta in vno capite,
intelliguntur tacitè repetita in alio capite. Et
in terminis donationis tradit Rim.conſil.383.
nume.25.& ſequ.& nume.44. vbi tenet, quòd
conditio appoſita in præfatione donationis,
cenſetur in ſequenti donatione repetita.

Quartò, præter eundem Dec. videtur com-
15 probari hæc opinio, quia † conditio adiecta
vni diſpoſitioni per teſtatorem, videtur in ſe-
quenti diſpoſitione repetita. l. cum ſeruus. ff.
de condit.inſtitutio. vbi conditio appoſita in
inſtitutione,videtur in legato repetita. l. auia.
in princip.ff.de conditio. & demonſtratio. vbi
16 idem dicitur,videlicet,quòd † conditio adie
cta in inſtitutione in legato eidem facto cenſe
tur repetita. l. cum ſeruus. ff. eo. vbi conditio
adiecta libertati, cenſetur repetita in legato.
Hinc Oldra.conſil.141. nume. 2. voluit, quòd
17 † conditio primæ ſubſtitutionis cenſeatur re
petita in alia ſubſtitutione,& Dec. conſil.227.
nume. 3. quòd ſicut prior ſubſtitutio facta fuit
vulgariter,pupillariter & per fideicommiſſum,
ſic & poſterior facta cenſeatur: quia qualitas
ſubſtitutionis facta primo inſtituto videtur in
ſecunda locum habere, argumen. l. 1. C.de im
pube.& aliis ſubſtitutionibus. & facit tex.in l.
fundum inſtructum. ff. de fundo inſtructo.
17 Hinc etiam conditio † maſculorum in primo
teſtamento appoſita,cenſetur repetita in ſecun
do facto in cæteris ſub eadem forma, ſub qua
primum fuit factum. Corne.conſil.275. in prę
ſenti conſultatione.volum.4.quem refert Rui.
conſil.93. nume.4. volu. 2. igitur & dicta con-
ditio viduitatis poſita in prima donatione vi-
detur in ſecunda facta ſub eadem forma, ſecun
dum Dec.vbi ſupra,repetita, cum valeat argu-
18 mentum † de contractibus ad vltimas volun-
tates,& è contra.l. ſeruum filii §.eum qui chi-
rographum. de lega.primò. l.cum pater.§.men
ſæ. & ibi Barto.ff.de legat.ſecundò. l. pactum.
in fin. & ibi docto.ff.de pact.l.pen.C.de verbo.
ſignificatio.cum ſimilibus.

Quintò videtur in terminis eſſe deciſio Ca-
ſtren. conſil.53.in fine. quod eſt conſil. 11. vo-
lumi.2. in nouis. vbi inquit,quòd licet regula-
19 riter † conditio appoſita in primo legato,
non intelligatur repetita in alio legato facto in
alia oratione, argum.l.qui fundum, ff. de con-
trahend.emptio. & per nota.per Bart.in l.Seiæ
§.Caio. ff. de fund. inſtruc. & inſtr. legat.& in
l.in repetendis. & in l. ſi purè. ff. de lega. ter-
tiò. quamuis dictio repetitiua, item, fuiſſet
appoſita, vel dictio, hoc amplius, vt ibi per
Bartol. & præſertim impeditur repetitio,
quando inter unum legatum, & alterum quæ
dam alia extranea & impertinentia interſeun-
tur, ut notatur in §.item lapilli.inſt. de rer. di-
uiſ.& probatur in l.fin.ff.de reb.dub.ubi Bart.
not.Attamen ſecūdū Caſt. ubi ſupra aliud eſt,
20 † quando in d.1.legato eſt appoſita cond. ui-
duitatis, quia indignatur anima mariti, & con
triſtatur de tranſitu uxoris ad 2.uota, auct. de
nupt.§.quia uerò,aliàs, quæ uerò,& ultra cum
tradit glo.in l. 1. uerb. pręſumi. C.de ſecund.
nupt.Bald.in auct.cui relictum.nu.15.C. de in
dict.uidui.tol.Et ideo concludit Caſt. in caſu
ſuo

ſuo,quòd conditio uiduitatis appoſita in 1.le-
gato uſusfructus intelligitur repetita in ſubſti
tutione poſtea facta: quia ſecundum eum ſi te
ſtator noluit eam habere uſufructum, ſi nube-
ret: quantonius credendum eſt,quòd noluit eā
habere proprietatem,& ſic præſumitur teſtato
rē uoluiſſe,quòd dicta conditio ineſſet cuili-
libet legato,& Caſtr.refert & ſequit̄ Rui.conſ.
53.ſub nu.4.& conſ.84.nume.9.uol.2. Sic er-
go etiā in caſu noſtro,cond.uiduitatis poſita in
prima donatione uidetur repetita in 2.

Sextò dato,& non conceſſo, quòd d. cond.
uiduitatis non intelligatur repetita, nihilomi-
nus prior electio facta de filiis Magnifici D.An
21 tonii Triuultii uidetur potior. Si quidem † in
ultimis uoluntatibus electione ſemel facta tol
litur facultas uariādi l. ſerui electione, in prin.
ff.de leg.1.& ibi Bartol.& alii maximè Rip. l.
apud Auffidium.ff.de opt. leg. l. huiuſmodi. §.
ſtichum.ff.de leg.1.l. ſtatuliberum. §. ſtichum.
ff.de leg.2.& tradit Rui.conſ.24.in princ. uol.
2.& conſ. 166.nu.8. uol. 3. Duen. reg. 233. &
hanc opin.communem dicit Curt. Iun. conſ.
159.nu.9.& poſt eum Villalobos in ſuis cōmu.
opin.uerb.electio, & Emanuel ibidem. Sed ele
ctio de filiis pręfati Domini Antonii per D.Su
ſanā fuit facta in teſt.ergo non uidetur potuiſ-
ſe poſtea uariare Magnificā Dominam Cathe-
rinam filiam eligendo, & ſic illa prior debet eſ
ſe potior.

Septimò,quòd d. prior electio ſit præferen-
22 da, uidetur facere: quia diſpoſitio † loquens
de electione intelligitur de prima & unica ele-
ctione.Bal.conſ.144.in prin.uol.4. arg. tex. in
l.boues.§.hoc ſermone.ff.de uerb. ſignifi, cum
aliis cōgeſtis ibidē per Tiraq. latisſimè & ante
eum per Bart.conſ.30.in prin.& Iaſ.in l.diuor
tio.§.quod in anno,nu.12.ff.ſol.matrim.& idē
tradit Corn.conſ.76.nu.2.uol.3.ubi ait quòd
ii,quibus datur electio, ſemel eligendo uiden
tur functi eorum officio. Hinc prima electio-
ne ius eligendi dicitur conſumi.l.ſi is qui ſti-
chum.ff.de procur.& ibi Doct.Nec quicquam
uidetur facere,quòd ipſa Magnifica D. Suſan-
na in dicta prima nominatione reſeruauerit
ſibi facultatem iterum eligendi perinde ac ſi d.
electio non fuiſſet facta,proteſtando ſe nō ali-
ter & non alio modo præfata egiſſe, nec decla-
raſſe,& ut in d. ſua nominatione continetur.
Nam uidetur, huiuſmodi reſeruationem ab ea
non potuiſſe fieri per ea, quæ ferè in terminis
tradit Dec.conſ.143.nu.7.& ſeq.ubi ait, quòd
23 ille † qui habet poteſtatem nominandi uel eli-
gendi uirtute contractus præcedentis,in tali
nominatione uidetur merus executor, & non
poteſt electionē alterare addendo nouas con-
24 ditiones.Inſuper præfata † proteſtatio contra-
ria acti, qui geritur, nihil releuat, cap. ſo-
licitudinem,in fi.de appellat.& ibi not.omnes
max.Abb.glo.in c. cum M. Ferrarienſis. uerb.
ſine præiuditio. & ibi Doct. maximè Fel. ſub
nu.79.de conſtitut.Bart.in l.non ſolum.§.mor
te.nu.17.ff.de nou. oper.nunt.& ibi alii Doct.
idem Bart.in l.1.nu.16.C.de lit.conteſt. Iaſ.in
l.ſi quis extraneus,in prin.nu.6.ff.de acq.hęre.
Pariſ.conſ. 113. nu.10. & ſeq.uol. 1. d. autem
proteſtatio eſt contraria actui,quia eſt circa idē
uidelicet electionem, iuxta not. per Bart. in d.
l.1.nu.17.C. de lit. conteſt. ergo non videtur
releuare.

Octauò hæc concluſio videtur probari,quia
25 † cum D.Suſanna habuerit facultatem eligen
di ad dicta bona à Mag. Domino Auguſtino,
& ſic non iure proprio, ſed alieno, ex quo ſe-
mel elegit,videtur amplius eligere non poſſe.
iuxta not. per Bart. in d. l. ſerui electione. in
princ.ubi Rip.nu.4.idem Bart.in l.2.§.1.num.
5.ff.de optio.leg.Ang.conſ.320.num.5. conſi.
336.num.4.ad fi.Iaſ.in l.qui per ſalutem. not.
2.ff.de iureiuran.Soc.Iun. conſi. 89. num. 26.
uol. 1. ſed electio filiorum Domini Antonii
Triuultii prius facta fuit, ergo videtur ualere
altera ſublata.

Nonò & vltimò videtur eo magis dicendū,
quòd electio facta de filiis D. Antonii ſit præ
ferenda electioni de domina Catherina factæ
quia idem Dominus Auguſtinus in ſuis codi-
cillis declarando proteſtatus fuit, ſe tempore
præfatę donationis intellexiſſe, quòd ma-
gnifica Domina Suſanna de ipſis ducatis ſex
mille ad omne eius beneplacitum, àrbitrium
& meram uoluntatem haberet electionem li-
berè diſponendi, modo in aliquam perſonam
ex ſuperius nominatis diſponeret, non atten-
to ordine ſcripturę, nec perſonarum uinculo
proximiori,& non obſtante quòd dici poſsit,
eā debuiſſe diſponere in ipſam D. Catherinā
ſi uiuet tempore diſpoſitionis,uel eius D. Ca-
therinæ filios, ſi uiuent tempore ipſius diſpo-
ſitionis,tanquàm proximiores ipſi D. Auguſti
no,& primò uocatos in ipſo pacto, & ut in d.
26 codicillis continetur. Quæ † proteſtatio facta
ad declarationem pręfatæ donationis videtur
ualere, nam qui declarat, nihil nunc dat, ſed
datum ſignificat l.hæredes palam.§. ſi quid. ff.
de teſta.& ibi not. Docto. facit tex.in l. adeo.
§.cum quis,uerſ.videtur. ff. de acq. rer. dom.
ubi,qui ſpicas detexit,non nouam ſpeciem fa-
cit,ſed eam,quæ eſt,detexit,glo.in c.2.in prin.
de decim.lib.6.tradit Dec.conſi.25. colum. 3.
nu.2.uer.ſuadetur.& conſ.423.ad fin.ubi alios
adducit,Rim.conſi.462.nu.20.Cur.Iun.conſi.
56.nu.10.Pariſ.conſ.65.nu.5.uol.1.& alibi, &
hoc tanto magis dicendum uidetur, cum non
dum ipſi filiæ prius nominatæ ius eſſet acqui-
27 ſitum,ſi quidem donatio † facta filiæ in pote-
ſtate, ut erat magnifica D.Catherina, etiam ꝙ
eſſet nupta,iuxta tex. in l. ſi uxor. & ibi Doct.
C.de cond.inſer. & tradit gloſ. in prin.inſtitu.
de ſenat.Tertul.uerb.parētis,& ibi Arc. à prin
cipio non ualet, ſed morte patris confirmatur
l.2.C.de inoffic.donat.l.donationes, quas pa-
rentes.

rentes. C.de donation. intèr uir. & uxor. cum
aliis adductis per Duen.reg.223.& ideo pater
uidetur potuiſſe non ſolum d. donationem de
clarare eo modo quo ſupra ſed ẽt reuocare, q̃a
28 † huiuſmodi don.habet uim relicti, Bal. conſ.
430.in prin.uol.1.per not.in auct.ex teſt.C.de
collat.& Bald.loquitur in caſu, in quo pater di
çebat ſe donare filiæ irreuocabiliter, & inter
29 uiuos. † Nec præfata donatio uidetur confir-
mari iuramento in ea adiecto, vt voluit Caſtr.
conſ.105.aliàs quidã Vbertus miles.col.4. qđ
eſt conſ.345.num.3.uolu.1. in nouis.Corn.in
auct. ſacramẽta puberum.q.17.illat.6.col. 37.
circa prin. C. ſi aduerſ. uend. idẽ Corn. conſ.
238.nu.3.& ſeq.uol.3.Dec.conſi.631. num.5.
ubi alios adducit. Præterea & ex eo uidetur po
tuiſſe declarari,immò & reuocari d. don. quia
30 fuit facta filiæ abſenti † quo caſu non valet
don.l.abſenti.ff.de donat. l.nec ambigi.C.eo.
cum ſim.præſertim cum non uideatur conſtare
ipſam filiam hanc donationem acceptaſſe in ui
ta donantis,nec prodeſt,ꝙ Not.ſtipulando pro
ea acceptauerit : quia non ſufficit Not. ſtip.
ſed requiritur donatarii acceptatio,Caſt.conſ.
195.nu.2.in 2.dubio.vol.2.in nouis, ubi loqui
tur de donatione facta per patrem filiæ abſen-
ti,pro qua not.illam recepit, & fuit ſtip. & con
cludit, quòd ante ratificationem non fuit ius
quæſitum ipſi filiæ,& ſic poteſt pater illam reuo
care ante acceptationem, quem refert & ſeq.
Dec.conſi.226.col.2.in.fi.conſ.464.num.3.&
conſ.598.nu.3.& ſeq. cum pluribus congeſtis
per Tiraq.in tract.de conſtit.par.3.lim.30. nu.
10.& per Roll.à Valle.conſ.19. num.6. vol. 1.
31 † & hanc opin.dicit communem Cagnol. in l.
quo tutela.§.ulti.ad fin.de reg.iur.& in l.fi.nu.
173. C. de pact. Ad idem videtur facere, ꝙ ſi
32 quis alicui donauit † ut poſt eius mortem eſ-
ſet talis Eccleſię, donator poteſt in pręiudiciũ
Eccleſiæ tale pactum reuocare,Bar.in l.qui Ro
mę.§. Flauius,ad fin.ff.de uerbo.obliga. & ibi
Doct. magis communiter eum ſequuntur. ut
teſtatur ibidem Soc. num. 16. & Porc. concl.
lib. 5. concluſ. 36. ubi infinitos ad hoc con-
gerit,ex quibus omnibus uidetur conſtare præ
fatum D. Auguſtinũ potuiſſe declarare in dd.
codicillis,quòd D. Suſanna poſſet ad eius be-
neplacitum eligere quemlibet ex ſupra nomi-
natis,non attento ꝙ magnifica D. Catherina
eius filia, & eius filii prius fuiſſent nominati,
cum potuiſſet etiam illam omnino reuocare
per ſupradicta.

His tamen minimè obſtantibus puto contra
riam ſententiam eſſe ueriorem, quòd ſcilicet
ſecunda electio ſeu nominatio facta de magni-
fica D.Catherina ſit potior electione facta de
filiis d. magnifici Domini Antonii Triuul-
tii,& per conſequens magnifici Souici non iu-
re petunt d.bona,ad quæ ipſa D.Catherina ele
cta fuit.Sed quia magna pars huius negotii ui
detur conſiſtere, an conditio uiduitatis poſita
in 1.don.cenſeatur in ſecunda repetita,non cẽ
ſeri repetitam, multa faciunt, &c.

33 Primò q̃a † ubi clauſula nõ eſt per ſe princi-
paliter poſita,ſed ad aliam diſpoſitionem qua-
lificãdam, utputa quando cond.uel modus in-
ſerit̃ in aliq.leg.tunc non refertur niſi ad illud,
ut tradit Bar.in l.fin.ff.de reb.dub.per tex. in l.
filiusfam.§.fin.nu.3.ff.de iuriſd.om.iud.& cõſ.
58.nu.7.uol. 6.Dec.conſ.92.nu.1.Ruin.conſ.
147.nu.3.uol.2.Iaſ.in l. 1. lim.6. C. de liber.
præt.Cur.Iun.conſi.7.nu.2.Soc. iun.conſi.26.
nu.1.uol.3.Capit.deciſ.108.nu.12.ualet autẽ
34 † arg. de relatione ad repetitionẽ, iuxta tradi
ta per Iaſ.in l.talis ſcriptura.nu. 40. de leg. 1.
& in l. ſi ita ſtip.§. Chriſogonus. num.35.de
uerb.oblig.ergo cond.uiduitatis poſita in pri-
ma donatione non debet cenſeri repetita in
2.donatione.

35 Secundò facit : quia qualitas † ſeu condi.
poſita in vna o͞rone nõ cẽſetur repetita in alia
ſeparata & diſtincta.Barto. in l. in repetendis.
col.2.verſ.q̃nq; eſt idẽtitas ꝑſonarũ. ff.de leg.
3.per tex.in l.qui fundum. ff.de contrah. emp.
qui loquitur in contractibus, ſecundum Soc.
conſi.44. num.3.uol.3.& Bart.ibidẽ loq. quã-
do eſt identitas perſonarum, & diuerſitas re-
rum, etiam ſtante dict. repetitiua. idem Bart.
in l.Seius.§.Caio.in princ.& nu.2. ff. de fund.
inſtruct.& inſt.leg.in l.4.§.eritque differentia.
uerſ.1.caſu aut illa.ff.ui bo.rap. & in d. l. ſi ita
ſtip.§.Chriſogonus.nu.4.quo loci tenet,ꝙ ubi
ſumus in actu penitus ſeparato, & continen-
te de per ſe principaliter diſpoſitionẽ,qualitas
appoſita in uno actu non intelligitur repetita
in alio, & cum eo tranſeunt ibi Doct. omnes
atteſtante ibidem Iaſ. nu.50.Caſt.conſi. 275.
ſub nu.8.uerſ.contrarium tñ puto.uol.1. in no
uis ubi ait, ꝙ dictiones repetitiuæ repetitio-
nẽ inducunt qualitatis ꝓcedẽtis legati,q̃n am-
bo fiũt in ead. oratione, ſecus in diuerſis,& ita
inquit intelligẽdam eſſe theoricam Bart. in d.
l.in repetendis,idem Caſtr.conſi.11.nu.3. uol.
2.in nouis.Aret.cõſ.121.col.2.cir.med. Alex.
36 conſ.227.nu.9.uol.6. ubi tenet ꝙ † qualitas
in uiduitate appoſita in præcedenti oratione
ſtatuti non intelligitur repetita in ſequenti
Dec.conſi.213.nu.7.Soc. conſi. 64.nu. 3. vol.
3.ubi tenet poſt Bar.in d.l.in repetẽdis. ꝙ qua
litas appoſita in una oratione non cenſetur in
alia repetita. quando eſt identitas perſona-
rum, & diuerſitas rerum,& idem uoluit Ruin.
conſi.64.num.1.uol.2.Pariſ.conſi. 38. nu.23.
& ſeq.uol.2.ubi inter cætera num. 25. ait poſt
Bar.in locis ſupra citatis, ꝙ ubi ſunt oratio-
nes diuerſę & ſeparatę, etiam ſi eſſet identitas
rerum,& perſonarum qualitas expreſſa in uno
capitulo, non cenſetur in alio repetita, idem
Pariſ.conſi.87.nu.45.& ſeqq.ubi num.48. plu
ra recenſet, & dicit communiter concludi, ꝙ
qualitas appoſita in uno capitulo non cenſe-
tur repetita in alio penitus diuerſo, & conſi.
95.

95.num.31.uol.eod.ubi tradit poſt eos, quos
ibi citat,quòd quando eſt diuerſitas rerum, ut
in caſu noſtro ſecundum Dec.d.conſ.190.col.
3.& orationes ſunt diuerſę, licet cõcurrat idẽ-
titas perſonæ, tamen qualitas appoſita in uno
legato non cenſetur repetita in alio eidem
perſonæ facto, & ibi infert,quòd ſi teſtator le-
37 gauit uxori ſuę annuũ legatum, donec † hone-
ſtè & caſtè uixerit,& deinde eidem uxori lega-
uit domum, in iſto legato domus non cenſe-
tur repetita cond.donec caſtè & honeſtè uixe-
rit,idem Pariſ.conſi.35. nu.19.uol.3.ubi dicit
communem, quòd qualitas in uno capitulo
expreſſa non cenſetur in alio repetita, Socin.
Iun.conſi.1.nu.40.uol. 1. ubi tenet,conditio-
nem appoſitam in una diſpoſitione non cen-
ſeri in alia repetitam, idem conſi. 128.nu.98.
uol.1.conſi.8.nu.6.uol.2.ubi poſt Alex.d.cõſ.
227.loq.de qualitate in uiduitate, & conſ. 77.
num. 16. & ſeqq. & maximè num. 19. uolu.3.
Neuizan.conſi.72.nu.9.Crauet.conſ.289. nu.
4.D.Ceph.conſi.253.nu.16. ubi ait,ꝙ repeti-
tio non eſt facienda in diuerſa ſcriptura. Ga-
briel.conſ.117.nu.5.ubi tenet, non eſſe faciẽ
dam repetitionẽ in diuerſa oratione,Menoch.
conſ.86.nu.49.& ſeq.ubi ait procedere,quan-
do qualitas conuenit illis omnibus rebus &
actibus, de quibus agitur. Hinc dixit Aret.
con ſi.17.nu.10. loquens de donatione, quòd
38 † in diuerſis contractibus factis etiam eodem
tempore diuerſa qualitas & conditio adiecta
in uno non uidetur in alio repetita, quanuis
in ſecunda donatione fieret mentio de priore,
immo etiam ſi ſecunda eſſet ſubrogata in lo-
cum primæ. Hinc etiam dixit Riminal. conſi.
39 151.nu.19.& ſeq. quòd † conditio appoſita in
cõtractu,qui non habuit effectum,non intelli-
gitur in contractu poſtea facto repetita, quia
ſecundum eum ex his,quæ non habuerunt effe
ctum non poteſt inferri ad poſtea facta ex in-
teruallo.l.ſi ex cauſa.§. nunc uidendum. ff. de
mino. cum aliis per eum ibi adductis, ſed hęc
duæ donationes fuerũt factæ in diuerſis & ſe-
paratis orationibus perfectis,diuerſo tempore
mutatis non ſolum rebus donatis in prima do
natione,ut per Dec. d.conſi. 190. uol.3. uerſ.
ſecundò hoc probatur, & uerſic. 6. hoc idem
ſuadetur, ſed etiã perſonis: quia in 2. fuerunt
adiecti filii D.Antonii Triuultii,de quibus nõ
fit mentio in priori donatione, ergo cond.ui-
duitatis poſita in prima donatione non debet
cenſeri repetita in ſecunda.

40 Tertiò ſuadetur hæc concluſio, quia † in ma
teria, quæ latè debet interpretari, nunquam
repetitio facta intelligitur, ubi ex tali repeti-
tione illa materia reſtringeretur. Dec. conſi.
353.nu.3.per tex.in c.cum dilecti.de donat.&
Dec.loq.de ſtatuto de lucro dotis, quod dicit
eſſe fauorabile,quem refert & ſeq.Socin. Iun.
conſ.8.nu.7.& ſeq.uol.2.idem Soc.conſ.144.
num.43.uol.3. & facit, nam licet regulariter
41 clauſula † in princ.uel fine poſita referatur ad
ſequentia uel præcedentia, iuxta tex.in l.1.C.
de liber. præter.& in l.3.§.filius. ff. eod. tamẽ
quando per hoc rèſtringeretur materia largè,
uel largiſſimè interpretanda non refertur, ut
tradit Abb.poſt Innoc. in d.c.cum dilecti. per
illum tex.nu.6.& ſeq.ubi loq. de donatione.
Alex.conſ.48.ſub nu. 6. uerſ. præterea. uol. 1.
& conſi.158.nu.8.uolu.6. Fely. in c. cauſam,
quæ.nu.26.lim.6.de reſcrip.Iaſ.in l.fin.nu.32.
ff.de conſtitu.princ.& in d.l.1.lim.5.C.de lib.
præter.Dec.cõſi.92.col.2.verſ.3.facit,Menoc.
conſ.86.nu.52.ſed in caſu noſtro ſi d. condit.
uiduitatis poſita in prima donatione cenſere-
tur in ſecunda repetita, reſtringeretur dona-
42 tio † in qua fit pleniſſima interpretatio d.c.
cum dilecti,utpotè quia electio non poſſet fie-
ri ad illa bona per D.Suſannam, niſi illa extan
43 te uidua,igitur d.cond. † non debet cenſeri re
petita,quod eo magis dicendum eſt in caſu no
ſtro, in quo ſecundum Dec.d.conſi. 190. col.
1.& col.3.cir.princ.dicitur, præfatam ſecundã
donationem fuiſſe factam gratis & amore,
item ut eſſet fauorabilior ipſi d. Suſannæ, arg.
tex.in auct.itaq;.C.communia de ſucceſſ. in §.
ſed hodie. ad fin. inſtit. de adopt. & in c. 1. de
treug.& pac.cum ſimi.

Quartò corroboratur hæc opin. nã quotiẽs
44 tractatur de pręiudicio † tertii nunquam fit re
petitio, Gozad. conſi.70. nu.4.qui ad hoc ad-
ducit Bal. in l.ſi cum Hermes. C. loc. ubi ait
per illum tex.quòd fideiubens in prima con-
ductione non tenetur in ſecunda ſiuę ſit pro-
rogata ſiue innouata, etiam ex conſequentia
primæ,unde ſecundũ eũ prorogatio nõ opera-
ratur niſi inter prorogantes, ne obſt fideiuſ-
ſoribus, & ideo ſecundũ eũ, qui fideiubet pro
Poteſtate, non tenetur eo in officio refirmato
pro nouo tempore,ex quibus conſtat quòd cõ-
ductio nõ intelligitur prorogata, & ſic repeti-
ta in præiudicium fideiuſſorum,& ita intelligi-
tur repetitio non fieri in præiudicium tertii,
ad idem allegat eundem Bald.in l. ſi à te.C.de
pact. inter emptor.& venditor.ubi quęrit Bald.
an officiũ Poteſtatis prorogatum ſit idem of-
ficium, & reſpõdet quò ad fauorabilia eſſe idẽ
officium ſed non quò ad odioſa,arg.l.cum qui-
dam.ff. de liber. & poſth. dat exemplum, dicit
ſtatutum quòd Poteſtas non poſſit cognoſcere
de maleficiis ſuo tempore non commiſſis,nam
in tempore prorogato non poterit cognóſcere
de retroactis propter fauorem liberationis,
ecce ergo quòd prorogatio & ſic repetitio offi-
cii non fit in pręiudicium tertii.Ad idem facit
quod tradit idem Gozad. conſ.2.col. fin.uerſ.
45 5. nunquam, ubi tenet quòd clauſula † nun-
quã refertur ad pręcedẽtia,quando lęderetur
ius tertii,ſed in caſu noſtro agitur de pręiudi-
cio tertii, uidelicet magnif.d. Catherinæ, quę
46 cũ in donatione fuerit † ꝓnominata,magis di-
lecta, & prius uocata cenſetur.l. cum pater.§.à
te

te peto.ff.de leg.2.l.hæredes mei.§.peto. ff.ad
trebel.& ibi docto.maximè Alexand. nume.3.
& ſequen.& Rip.nume.7.& 8.Dec.conſil.480.
numero 11. cum aliis adductis per Illuſtrem
Dominum Senatorem in ſuo conſilio, quibus
addo tex. in l.quoties. in principio,ff.de uſu-
fruct.ubi ſi alternis annis vſufructus fuerit le-
gatus Titio & Męuio, poteſt dici prius Ti-
tio, deinde legatum Mæuio datum, tradit
Alexand.conſilio 36.numero duodecimo,vo-
lumine tertio. Corn.conſilio 210.nume.8.uo
lumine ſecundo, ubi inter alia adducit text.
in c.ſi quis iuſto.§.primo,ibi,uel ſi concorda-
re.de elect.libro ſexto,vbi attenditur, & præ-
ualet, qui primò nominatus eſt, quod eo ma-
47 gis procedit in caſu noſtro, † cum præfata
Domina Catherina ſpecialiter & nomine pro-
prio fuerit nominata, vt per Dec. dicto con-
ſilio 480.numero 11.Curt.iun.conſil. 58. nu-
mero tertio, Rub.Alexandrin. conſi.40. num.
6.& 8.per tex.in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.
ff.de leg.ſecundò,quos affert D.Regius Sena-
tor ubi ſupra licet ad aliud propoſitum,& ni-
hilominus ſi dicta conditio uiduitatis poſita
in prima donatione cenſeretur repetita in ſe-
cunda Dom.Catherina per tranſitum Do.Su-
ſannæ ad ſecunda vota priuaretur d.iure,ergo
pręfata conditio uiduitatis non debet cenſeri
repetita.

Quintò comprobatur hæc concluſio, nam
48 fit † repetitio conditionis, uel non fit ex
præſumpta mente diſponentis, ſecundum A-
retin.conſilio 121.columna ſecunda,Alexan.
conſilio 47.numero tertio, uolumine quinto
deciſ. Pedemonta.52.numero quinto per tex.
in l cum ſeruus. & in l.Iulius Paulus.ff.de con
ditio.& demonſtratio.in d.l.cum ſeruus.con-
ditio adiecta libertati ideo repetitur in lega-
to:quia præſumitur, † quòd ita ſit de mente di
ſponentis; quoniam aliàs ſequens legatum eſ
49 ſet nullum; & pręſumitur † teſtator lega-
tum uoluiſſe facere ualidum.l.Mæuius.in prin
cipio. ff. de legat.ſecundò, l.quoties. ff.de re
bus dub.& ita illum tex.inducit Alexan. dicto
conſilio 47.nume.3.ſed cum in caſu noſtro ſe-
cunda donatio per Dominum Auguſtinum
fuerit facta in fauorem Dominę Suſannæ eius
vxoris, ut ait Dec. in ſæpius repetito conſilio
190. columna prima & tertia, & ademptio
50 † viduitatis tendat in fauorem uxoris d.de-
ciſ.Pedemont.52.nume.6.Pro quo facit, licet
ipſe non dicat, quia eſt non parui oneris &
momenti mulieri uiduitatem ſeruare, cum
natura mulieres progenuerit ut partus ede-
rent, & maxima illis cupiditas in hoc con-
ſtituta eſt, ut inquit Imper. in l.ſecunda. C.de
indict.uiduita.tollend.quem tex.ad hoc ultra
Dec.dicto conſilio 190.columna prima addu-
cit Corn.conſilio 335.ſub numero tertio uo-
51 lumine primo, dicta conditio † uiduitatis po
ſita in prima donatione, non debet cenſeri re-
petita in ſecunda ex præſumpta mente diſpo-
nentis: quia tunc donatio ipſi D.Suſannæ non
eſſet fauorabilis, ſed odioſa, contra tex. in l.
quod fauore.C.de legi.cum ſimilibus. Et hoc
confirmatur ex his, quæ in ſimili determinat.
Aret.d.conſi.121.nu.1.inquiens, in caſu ſuo
52 non eſſe uериſimile, quòd illa qualitas, † quæ
in cap.præcedenti fuit adiecta in fauorem ſti-
pulatoris,uideatur repetita in cap.ſeq. ad odiũ
ipſius,per tex.in l.ea lege.in prin. ff. loc. & per
not.per Bar.in l.libertis.in prin.ff. de alimen.
& cib.leg.ſic & in propoſito noſtro, illa condi-
tio uiduitatis adempta in fauorem ipſius D.Su
ſannę, non debet in eius odium uideri repeti-
ta,per ſupra dicta. Ad idem facit, quod uoluit
Ioan. de Ana. conſi. 8. ſub num. 5. ubi ait, ꝙ
53 rep. † qualitatis, puta conditionis, & diei
etiam ubi aliàs de iure fieri deberet, impedi-
tur, ſi conſtat de tacita uoluntate teſtatoris. l.
licet,de leg.1.

Sextò facit: quia cum magnificus D. Augu
54 ſtinus in prima donatione adiecerit † cõditio
nem illam uiduitatis,utique ſi uoluiſſet illam
in ſecunda donatione eſſe poſitam,ſciuiſſet il
lam exprimere, unde,cum illam non expreſſe-
rit, cenſetur illam omiſiſſe. argumen.text.in
l.unica.§.ſinautem ad deficientis.C.de caduc.
tollen.& in capitulo ad audientiam.de decim.
per quæ iura ita tradit Ioan.de Ana. d.conſil.
8.ſub numero 5.Caſtren.conſi.184.colum.ſe-
cunda,uerſiculo confirmatur. uolumine ſecun
do, vbi inquit, quòd teſtator in caſu ſuo non
dixit, donec in uiduitate permãſerit,quod ꝑ-
fecto ſi uoluiſſet,facilè erat exprimere d. §. ſin
autem ad deficientis,Socin.iun.conſilio 3.nu-
mero 41.volumi.primo,qui loquitur de ſtatu-
to,& numero ſequen.confirmat,quia ſi aliàs in
55 una † diſpoſitione, ſeu particula fit mentio
de filiis maſculis, & in alia de filiis ſimplici-
ter, ſub ſimplici & generali filiorum mentio-
ne etiam fęminæ comprehenduntur,nec qua-
litas maſculini ſexus dicitur repetita,ſeu rela-
ta de una particula ad aliam,quia quemadmo-
dum in una particula cogitando de ſexu maſcu
lino,illam qualitatem adiecit, ſi in alia parti-
cula uoluiſſet adiicere, ſciuiſſet, cum ergo nõ
fecerit, noluiſſe creditur, & ad hoc adducit
Ioan.de Ana.conſi.22.ſub nume.3. idem Soc.
iun.conſi.128.nume.42.& 249.& ſequen. vol.
56 1.ubi loquitur de † conditione ſine liberis,
quam teſtator in uno caſu expreſſit, & in alio
non expreſſit, nam (inquit) quòd ſi uoluiſſet
in utroque caſu ſubeſſe illam conditionem,
quemadmodum in uno caſu expreſſit, ita &
in alio expreſſiſſet, & conſ.77.nume.21.& ſe-
57 quen.uolumine primo, ubi loquitur de † qua
litate poſita in prima ſubſtitutione de maſcu-
lis, quæ non cenſetur repetita in ſecunda de
fœminis,Pariſ.conſ.87.num.44.uolum.2.ubi
58 tenet,quòd † qualitas perpetuitatis expreſ-
ſa in legatis particularibus non cenſetur repe-
tita

tita in fideicommiſſo vniuerſali, ſi.n.voluiſſet
teſtator eam repetere,vtique feciſſet,& non fa
ciendo voluit ipſam omittere.Porc. conſil.11.
59 nu.28.vbi qualitas † maioris ætatis expreſſa
inter aliquos non cenſetur repetita inter alios
ex præſumpta voluntate teſtatoris,qui hoc ex-
preſiſſet,ſi voluiſſet exprimi.Natta conſil.459.
ſub nu.4.vbi loquitur de conditione viduita-
tis,quæ ſecundum cum non cenſetur repetita,
quia eã teſtator ſciuiſſet exprimere,ſi voluiſſet.
hocque eo magis dicendum eſt, cum in ſecun-
60 da donatione expreſſerit † aliquas conditio-
nes,quæ nõ erant in prima,& nonnullas ex his
quæ erant in prima donatione,vt fatetur.Dec.
61 † in allegato conſi.190.col.2.ver.& ulterius,
vbi ſubdit,ꝙ quis repetendo ſpecialiter condi-
tionem aliquam,quæ erat in prima, vr̃ voluiſſe
aliàs conditiones omittere d. l. cum prætor.l.
maritus.C.de procur.& ita voluit Io.de Anan.
d.conſil.8.nu.5. Nec obſtat dum idem Dec.in
d.conſ.col.4.verſi.non obſtat ꝙ in ſecunda, re-
ſpondet,ꝙ iſtud procederet, quando conditio
appoſita in ſecunda donatione cõtineret onus
& grauamen: quia non eſt ueriſimile, ꝙ ſępius
62 qs voluerit † grauare, & pro eiſdem rebus
onus multiplicare.l.alumnæ. in prin. de adim.
leg.quæ quidem ratio ſecundum eum ceſſat in
caſu iſto,quia ex conditionibus inſertis in ſe-
cunda donatione non imponitur grauamẽ ali
quod Do.Suſannæ,ſed res donatæ limitatè cõ
ceduntur; Namq; replico retorquendo Decii
reſponſionem,ꝙ imò conditio poſita in ſecun-
63 da donatione continet † onus & grauamen er
ga D.Suſannam,quæ cogitur pro ſumma duca
torum ſex mille,tam in uita, quàm poſt diſpo-
nere transferendo in d.D.Catherinam eius fi-
liam, aut in filios ipſius d.Catherinæ, uel in fi-
lios D.Nicolai Triuultii,vel in filios D.Anto-
nii Triuultii,& non aliter nec alio modo, cum
aliter & alio modo p̃dicta donatio non fuiſſet
facta,cõtra tex.in l.2.ff.ſi quis à paren.fue.ma-
num.ibi. quia iniquum eſt ingenuis hominib.
non eſſe liberã rerum ſuarum alienationem.&
facit tex.in l.1.C.de ſacr.ſanc.eccl.ibi,liber ſit
ſtilus.& in l.in re mandata.C.mand. cum ſimi.
Vnde conſtat contra Dec. ꝙ præfata conditio
viduitatis non debet cenſeri repetita.

64 Coadiuuatur hæc opinio, quia † conditio
quę uitiat,in dubio non vr̃ repetita l.ſeruo alie
no.§.ſi ab impubere.ff.de leg.1.l.ſi quis à filio
in prin.iuncta gl.uerb.duntaxat. & ibi Iaſ.poſt
alios not.1.ff.eod.l.fi.ff.de fideicom. libert.gl.
in l.cum ſeruus.ff.de cond.inſtitu.in verb. con
ditionem,& ibi Bart.not.facit tex.in l.Titia.§.
idem reſpondit.il 1.ff.de verb.obli.ibi.Sic ta-
men,vt ea repetitione nõ efficiatur inutilis ſti
pulatio,qui tex.loquitur in cõtractu,& ibi not.
Iaſ.poſt Bar.& alios.tradit Bal.conſil.153. col.
65 1.ad fi.vol.v.vbi loquitur de † conditione quo
uſque vxor caſtè & honeſtè vixerit, & vitam vi
dualem ſeruauerit,Ang.conſil.294.ad fi.Ioan.
66 de Ana.d.conſi.8.in fi.vbi ait,ꝙ conditio, † q̃
reddit legatum inutile non cenſetur repetita
in legato facto vxori.Aret.conſi.67. nu.1.Rui.
conſil.131.nu.15.vol.2.Iaſ.in l.talis ſcriptura.
nu.40.de leg.1.& in d.l.ſi ita ſtipulatus.§.Chri
ſogonus.nu.34.per illum tex.verſi.neq; enim.
ff.de uerb.obliga.Curt.iun.conſ.156. num. 4.
67 Ad hoc facit, quia clauſula † ſequens, vel præ-
cedens non refertur ad diſpoſitionem pręcedẽ
tem, vel ſeq.quando per talem relationem di-
ſpoſitio fieret inutilis.Bar.in d.l.talis ſcriptura
§.fi.ſub nu.3.uerſi.item ex hac relatione. de le
ga.1.& ibi Iaſ.nu.40.per tex.in l.cum uulgari.
ff.de dote prælegata,tradit Card.conſi.68.nu.
4.Alex.conſi.48.nu.6.uol.1.Fely.in c.cauſam,
quæ.nu.25.de reſcrip.Iaſ.poſt Caſt.in d.l.1.li-
mi.2.nu.9.C.de liber.præter.in d.§.Chriſogo
nus.nu.35.& in d.l.Titia.§.idem reſpõdi, il 1.
ad fi.Dec.conſi.14.col.3.uer.confirmatur hoc
quia,Cur. iun.cõſ.73. nu.10.vbi inquit,quòd
68 clauſula, † ſiuè qualitas adiecta in uno capi-
tulo teſtamenti non refertur ad aliud capitulũ
quando ex tali relatione redderetur inutilis di
ſpoſitio,ad quam refertur Soc.iun. conſi.98.n.
41.uol.1.ſed in caſu noſtro ſi præſata conditio
viduitatis intelligeret̃ repetita,diſpoſitio cor-
rueret,ex quo magnifica Do.Suſanna tranſiuit
69 ad ſecunda vota,ſi quidem diſpoſitio † ſub cõ
ditione concepta ea deficiẽte nullum ſortitur
effectum.l.neceſſariò.§.ꝙ ſi ſub conditione.ff.
de peri.& commod.rei uend.l.pecuniam, quã
ff.ſi cer.pet.l.qui hæred.§.fi.ff.de condi.& de-
mon.l.unica.§.ſinautem ſub conditione.C.de
cad.tollen.tradit Ancha.conſi.197.n.5. ubi in
quit,ꝙ ſi conditio donationi appoſita non ſer-
uatur,donatio reuocatur.Card.conſ. 17.num.
70 18.loquens † de donatione, & de re ſpirituali
Corn.conſ.70.nu.2.uol.3.Dec.conſ. 377.col.
71 2.circa prin.ubi ait † hoc habere locum in qua
cunque diſpoſitione,Soc.Iun.conſ.49.nu. 19.
uol.2.& conſ.165.nu.5.& ſeq.uol.eod. & utro
bique de donatione loquitur. idem Soc. Iun.
conſ.4.nu.2.vol.3.& conſ.100.nu.22.vol.eod.
Pariſ.conſ.108.nu.25.uol. 3. Crauet.conſ.15.
nu.3.Do.m.Rim.conſ.52.nu.19.ubi dicit hoc
procedere in quacunque diſpoſitione.& num.
ſeq.ſubdit poſt Rip.& D.Ceph.quos ibi addu-
72 cit,ꝙ paria † ſunt nihil fieri, aut ſub conditio
ne,quæ non purificetur,ad hoc facit,quod tra-
dit Caſt.in l.quę conditio,in prin.nu.3.de con
di.& demon.quo loci inquit, ꝙ ideo conditio
73 † appoſita uni gradui non cenſetur repetita
in ſequenti,quia defectus conditionis facit de
ficere gradum,cui eſt appoſita,& ſic ſi cenſere-
tur repetita,totum teſtamentum poſſet defice
re,unde in caſu noſtro non eſt cenſendum, di-
ctam conditionem uiduitatis eſſe repetitam,
quia nõ ſolum donatio poſſet deficere,ſed de-
ficeret omnino.

74 Octauò facit pro hac concluſione, quia † in
pęnalibus non fit repetitio,Rapha.Commenſ.
conſ.

conſi. 62.per tex.in l.ſi præſes.ff.de pęn.& in l.
interpretatione.ff.eo.facit tex.in c.in pęnis, &
& in c.odia.de reg.iur.lib.6.& id quod not. in
l.cum quidã.ff.de liber.& poſth.Raphaelem re
fert & ſequitur Alciat.reſpon.8.n. 31. lib.9.ꝑ
hoc facit,quod uoluit Bar.in l.aliã.ad fin.ff.de
noua.dum.n.ibi quærit Bar.utrũ priuilegia pri
mæ actionis intelligãtur repetita in ſtipulatio-
ne nouante,& ſic an dicta in uno contractu ui-
deantur repetita in eo,qui eius loco ſubſtitui-
tur,ſecundum eundem Bartol.in l.licet. nume.
11.ff.de leg.1.inquit inter cætera,quòd quędã
ſunt ad commodum actoris ex cõuentione cõ-
trahentium , ut fideiuſſores , pignora & pœ-
næ, & iſta non intelliguntur repetita,& ſic pę-
na nõ reperitur,ad idem facit,quod dixit Rui.
conſ.86.ſub n.11. uol.5.ubi ait,quòd ſi ſtatutũ
in caſu ſuo uoluiſſet eandem pęnã habere locũ
veriſimiliter id expreſsiſſet.arg.l.vnicę.§.ſinau
tem ad deficientis.C.de cadu.tollen. cum ſim.
75 At † annullatio actus dr̄ pœna.l.turpia. & ibi
doc.maximè Alex.not.1.& Iaſ.nu. 2. ff.de leg.
1.l.non dubium.ubi Bal.not.1.& Iaſ.not. 3. C.
de legib.l.Senatus.ff.de cõtrah. emp. tradit Al
cia.reſpon.7.nu.27 lib.2.ubi inquit,quòd an-
76 nullatio † donationis eſt pœna,& nu.ſeq. ſub-
77 dit,quòd pœnæ † non hẽnt locum niſi expreſſę
ſint.per tex.in l.& ſi quis.§.Diuus.ff.de relig.&
ſump.fune.& in l.3.§.Diuus.ff.de ſepulch. uio
lat.& idẽ Alcia.reſpon.31 n.4.lib.eo.quod eo
78 † magis habet locum in caſu noſtro, in quo an
nullatio prouenit ex ſola prohibitione D. Au-
guſtini,qui per adiectionem d.conditionis ꝓ-
hibuit D.Suſannam nubere,& eam nubentem
priuauit d.facultate eligendi,iuxta tradita per
Picum in l.Titia.§.Titia cum nuberet,nu.112.
de leg.2.quem refert & ſequitur D.M.Rim.cõ
ſil.42.nu.109. unde ſuccedit diſtinctio Bald.&
Saly.in d.l.non dubiũ,quam refert ibidem Iaſ.
not.3.& Alex.in d.l.turpia.not.1. In caſu autẽ
noſtro per repetitionem d. conditionis actus
redderetur nullus,ut ſupra dixi in proximo fun
damento,ergo d.conditio non debet cẽſeri re
petita.
79 Cõfirmatur hęc opinio:quia repetitio † qua
litatis diſpoſitionis extinctæ non cenſetur fa-
cta in ſequenti diſpoſitione.Rui.conſ.93.n.13
ad fi.uol.2.quem refert & ſequitur D. Cephal.
conſi.67.nu 17.ſed potior donatio, cui adiecta
fuerat illa conditio,fuit extincta per renuntia-
tionẽ partium,in qua inter cætera dictum fuit,
quòd ipſę partes uolunt,& intendunt eſſe in il
lis ſtatu & gradu,perinde ac ſi donatio ipſa nõ
fuiſſet facta,imò,quod eſt magis,nõ ſolum fuit
extincta ipſa diſpoſitio,& ſic donatio , ſed etiã
d.cõditio,ut inquit clariſsimus D.Senator, ꝑ
pẽdẽdo uerba illa renũciationis *renunciauerũt*
80 *omnibus & ſingulis in ea contentis*.Nam † clauſula
omnia,& ſingula comprehendit omnia , & ni-
hil excludit , ut tradit Aret. conſi. 17. num.9.
uerſ. & licet incidenter.& Curt.Iun.conſ.74.
num.3.cum aliis adductis per Illuſtrem D. Se-
natorem ; quibus addo eundem Aret. conſilio
114.col.fin.& Alciat. reſponſ.48. nu. 2. lib. 9.
81 ubi ait, quòd † hæc uerba omnia & ſingula, ha
bent vim geminationis, & ſtant non ſolum col
lectiuè, ſed etiam diſtributiuè,ut quælibet res,
quamuis particularis contineatur , quoniam
talis eſt uirtus illorum uerborum , & ibi plures
ad hoc citat , quod tanto magis dicendum
eſt in hac ſpecie , in qua non ſolum dictum
82 eſt , omnia & ſingula , † ſed etiam quò ad
omnia . argumento text. in l. Baliſta . ff. ad
ſentiam,cum nõ inſpiciatur, cum quo teſtator
loquatur, ſed in quem voluntatis intentio diri
gatur.l.cũ pater.§.donationis ff.de lega.2.per
quem tex.ita voluit Caſtr.conſil.381.nu.1.ad
fi.vol. 1. in nouis,& ad idem vltra eũ facit tex.
in l.non idcirco C.de codicil.per quem tex.di
201 cunt ibi docto. quòd in † vltima voluntate
non requiritur præſentia grauati, vel onerati.
Huic rei conuenit etiam, quia qui ſe fundat
202 † in præſentia,tenetur illam probare, Rui.
conſi.189.nu.13.vol.1.ad idem facit,quod vo
luit Rui.conſi.154.nu.11.& ſeq.volu.5.quem
refert D.M.Rimi.conſil.37. nu. 70.vbi tenent
quòd ſi denuo non dicatur fuiſſe facta præſen
ti,intelligitur abſenti facta, ergo Do.Suſanna
potuit ſibi reſeruare facultatem immutandi
d.nominationem, & iterum eligendi, cum nõ
conſtet prædictos nominatos fuiſſe præſentes
& ita illis eſſe ius quæſitum.
Præterea Dec.ibidem loquitur in eo,qui ha
bebat ius eligendi,ſeu nominandi iure alieno,
& non proprio,vt cõſtat ex verbis eiuſdem po-
ſitis nu.9.D.autem Suſanna habebat iure pro-
prio,& non alieno,& ſic non erat mera execu-
trix, vt inferius dicemus, ergo potuit variare
ſtantibus maximè ſupradictis.
203 Non obſtat etiã ꝙ præfata proteſtatio † tã-
quã cõtraria actui, qui geritur,& ſic electioni,
releuet d.c.ſolicitudinem.in fi.cum aliis ſupra
allegatis, Reſpondeo.n.immo d.D.Suſannam
per dictã proteſtationẽ, ſiue reſeruationẽ ſibi
cõſeruaſſe ius iterũ eligendi, iuxta not.per do
cto.max.Bar.in l.nõ ſolũ.§.morte ff. de no. op.
nunc.Rui.conſi.342.nu.14.Pariſ.conſi.70.nu.
20.vol.3.& conſi.109.ad fi.volu.eod. & in ele-
ctione tradit Rui.d.conſi.24.col.2.ſub num.1.
vol.2.vbi inquit, ꝙ eligens tẽpore primæ ele-
ctionis reſeruando ſibi facultatem variãdi ius
ſuum cõſeruat, per tex. in l.ſi debitor §.1.ff.q.
mod.pign.vel hypothe.ſol.ibi.Niſi ſalua cauſa
pignoris ſui conſentiret,ad hoc facit,quod uo
204 luit Card.conſ.29.n.32.vbi inquit ꝙ † condi
tio appoſita ẽt poſt pactum, ſeu ſtipulationem
dum tamen incontinenti, ſuſpẽdit, & impedit
productionem entitatis, & eſt pars diſpoſitio-
nis,per tex.in l.obligationum ferè. §.conditio
205 de uerb.oblig.& ibi ſubdit,ꝙ licèt † pronun-
tiãs in ſententia ſit functus officio. & ſic ex in-
teruallo nõ immutat,niſi ubi reſeruaſſet in ſen
tentia poteſtatem immutãdi, tunc.n.etiam ex
interuallo poteſt,per tex.iuncta glo.fi.in l.item
Labeo §.1.verſ.ſed ſi purè.ff.fam.erciſc.
206 Nec ob.quòd d.proteſtatio † tãquam con-
traria actui,qui geritur nõ releuat d. c.ſolicitu
dinem.Namq; primò reſpõderi poteſt,pręfata
procedere,quando proteſtatio pręcedit actum
contrarium,& ita loquuntur omnia iura. In ca
ſu autẽ noſtro ſequitur & præcedit actus, ergo
ceſſat d.regula,iuxta tex.in l.Papinianus exuli.
207 de mino.cũ ſim. Vel ſecundò reſpondeo,† il-
lud non habere locum, quando actus, qui po-
ſtea fit proteſtationis contrarius,dependet ſo-
lum à facto ipſius proteſtantis,ut teſtũ hęredi-
tatis

tatis aditio,& ſimiles : tunc enim per actũ con
trarium non tollitur proteſtatio,ſed per prote-
ſtationem tollitur ille actus,vt declarat Bart.in
d.l.non ſolum.§.morte.nu.17.cum quo ibi trá
ſeunt cõiter Doc.tenent Cano.in c.cũ M.Fer-
rarien.vbi Feli.nu.79.ver.ſed principaliter.de
conſt.extr.Rimi.conſ.89.nu.20.vbi ait,oẽs ita
tenere in d.c.cum M.Ferr. At hic ſumus in ele
ctione facta in teſtõ,quod depẽdet ſolum à fa-
cto ipſius proteſtantis, cuius naturam ſequitur
electio in ea facta,ut ſupra dixi, ergo non tolli
tur proteſtatio, ſed potius per proteſtationem
tollitur ille actus.
208 Vel & ſecundò reſponderi poteſt,ꝙ illa re-
gula non procedit,quando proteſtatio & actus
ſe compatiuntur.Soc. cõſ.43.nu.7.uol.4.Rim.
conſ.289. nu.23. hic autẽ ſe compatiuntur,er-
go releuat proteſtatio. Quòd autem ſe compa-
tiãtur,& ſic non ſint contraria,probatur.Siqui-
dem D.Suſanna nominauit filios d. Do.Anto-
nii,cum hoc tamen,ut quandocunq; liceat ſibi
immutare d.nominationẽ, perinde ac ſi d.ele-
ctio non fuiſſet facta,proteſtando ſe non aliter,
& non alio modo præfata egiſſe, diſpoſita autẽ
209 in teſtamento,ut eſt † d. nominatio,poſſunt
mutari vſque ad extremũ vitæ diem, iuxta tex.
in d.l.4.ff.de adim. legat.igitur conſtat præfa-
tam nominationem non contrariari proteſta-
tioni,quod eo magis dicendum eſt, cum D.Su
ſanna non dixerit ſe nolle eos tũc eſſe electos,
ſed ita demum cum immutauerit d. electionẽ,
pro quo facit,qđ tradit Iaſ.in d.§.morte.n.14.
210 Vel & tertiò reſponderi poteſt,ꝙ † ſicut pro
teſtatio non tollitur per actum factum inconti-
nenti contrarium proteſtationi, ſecundũ Rim.
conſi.383.nu.42.poſt Iac.Butr.& Bal.in d.i.pa
cta nouiſſima. ita nec in caſu noſtro proteſta-
tio facta incontinenti poſt actum etiam contra
rium debet tolli, ut quod operatur propoſitum
in propoſito,operetur oppoſitum in oppoſito l.
vltima.§.fi.de leg.3.cum ſim.
Non ob.quartò,ꝙ cum domina Suſanna ha-
buerit facultatem eligendi ad dicta bona à ma
gnifico D.Auguſtino, & ſic iure alieno, & non
211 proprio † ſemel tantum potuerit eligere,etiã
ſi inutiliter elegerit,Bar.& alii in d.l. ſerui ele-
ctione,cum pluribus ſupra congeſtis, & ideo
prior electio videtur potior. Quia reſpõdetur,
ꝙ immo D.Suſannæ competebat ius eligẽdi iu
re proprio,& non alieno,ex his,quæ ferè in his
terminis tradit pulchrè Caſtr. conſ. 330. nu.2.
uolu.1.in nouis, vbi quærit. An ſi donatarius
212 † donet rem ſibi donatam alteri ex diſpoſitio
ne primi donantis, ſecundus donatarius dica-
tur habere à primo donante, an uerò à primo
donatario. Et reſpondet, ꝙ ſecundus donata-
rius diceretur habere à primo donante,ſi dicat
primus donans,ſe illi donare,cui ille donaret.
per tex.in l.item eorũ §.ſi Decuriones. ff.quod
cuiuſque vni.no.& ſi in d.Dominam (loquitur
enim ibi de muliere) non tranſtuliſſet ius pro-
prietatis,ſed nudam eam miniſtram feciſſet ad
donandum alteri,argu.l.vtrum.§. cum quidam
ff.de reb.dub.ſed quia (ſubdit Caſtr.) voluit in
eam transferre proprietatem ſummæ,quam do
nabat,cenſetur per ſupraſcripta verba voluiſſe,
ꝙ d. Domina magis iure ſuo poſſet alteri dona
re,vel aliter diſponere, quàm iure & nomine
d.primi donantis,ſed D. Auguſtinus non dixit
ſe illi donare,cui D. Suſanna donaret,nec eam
nudam miniſtram fecit ad donandum uni ex ſu
pra nominatis, ſed in eam tranſtulit proprieta
tem ſummæ donando illam ipſi dominæ Suſan
næ,& dicendo ꝙ poſsit diſponere, ergo ſequi-
tur illam habere facultatem eligendi iure pro-
prio & non alieno, pro quo facit quod tradit
Bart.in d.l.2.§.primo.nu.6.& 7.ff. de opti.leg.
ibi inter cætera inquit,ꝙ ſi dicatur eligimus il-
lum,quem nominauerit talis, tũc ille eſt nudus
miniſter,item ſi dicatur, & illud quod fecerit,
valeat & teneat auctoritate noſtra,& Barto.ſe-
quuntur Crot.conſ.11.nu.33.& Bero. cõſi.23.
nu.21.vol.2. ad idem facit quod inquit Cardi.
in c.cauſam.col.fi.in princi.de electione,uide-
213 licet, ꝙ ille † iure alieno eligit, qui tanquam
procurator alterius facit, ut compromiſſarius
qui facit nomine compromittentium.
214 Vel † & ſecũdò dato,ſed non conceſſo,ꝙ ip-
ſa D.Suſanna habuerit facultatem eligendi iu-
re alieno. Attamen potuit ſecundò eligere, ex
quo inutiliter,vt ſupra dixi,elegit,ſiquidem dũ
dicitur,ꝙ qui eligit iure alieno, non poteſt ite-
rum facere,etiam ſi inutiliter primũ fecit, pro-
cedit in iudicialibus, non autem in extraiudi-
cialibus,ita lim.Inno.in c.in literis. ante med.
de offic.deleg.quem ſequuntur ibi Hoſt. Ioan.
And.Bal.Card.Anto.Imol.& Feli. ac plures a-
lii,quos congerit Tiraq.in d.l.boues.§.hoc ſer-
mone.lim.1. nu.47. & ſeq. maximè cum fuerit
cogitatum de effectu, vt puta, ſi Papa mandat
Epiſcopo, vt prouideat cuipiã de aliquo bene-
ficio,numquam commiſſarius fungitur officio,
niſi res ſit ſortita plenum effectum,quia non eſt
de nudo facto, ſed de effectu beneficii cogita-
tum,Innoc. in d.c.in literis. vbi Bald. & Butr.
quos cum aliis refert Tiraq.in d.l.boues.d.1.li
mita.nu.47.iunct.lim.6.nu.10. At ſumus in ex
traiudicialibus,vt eſt notum; & fuit cogitatum
de effectu, cũ fuerit dictũ, ꝙ poſsit diſponere,
iux.tex.in l.1.§.hæc aũt uerba.ff.quod quiſque
iur.& c.in his.de uerb.ſignif.vnde potuit uaria
re ſecundò eligendo.
215 Vel ultimò reſponderi poteſt,ꝙ ille, qui ha-
bet facultatem eligẽdi iure alieno, ita demum
poteſt eligere,ſi peccatum eſt in forma. Bart.in
d.l.2.ſub nu.5.de optio. lega. vbi ait,ꝙ poterit
iterum eligere,perinde ac ſi nõ elegiſſet,& ibi-
dem cum eo tranſeunt alii Doct.ſed D.Suſan-
na elegit ſub conditione, ut ſupra dixi reſpon-
dendo ad ſextũ argu.& de forma electionis eſt,
ut fiat purè,& non ſub cõditione d.l.actus legi-
timi.cum aliis ſupra adductis,ergo dato etiam,

ſed non conceſſo, ꝙ ius eligẽdi competeret ſibi
iure alieno, potuit iterum eligere.

Nõ obſt. nonò & vlti. ꝙ electio facta de filiis
præfati D. Antonii, ex eo ẽt videatur præferen
da electioni de D. Catherina factę; quia idẽ D.
Auguſtinus in ſuis codicillis declarando fuit
proteſtatus, ſe tp̄e prȩfatæ donationis intelle-
xiſſe, ꝙ magnifica Do. Suſanna de ipſis ducatis
ſex mille ad omne eius beneplacitum, arbitriũ
& meram uoluntatẽ hr̄et electionẽ liberè diſpo
nendi, modò in aliquam perſonam ex ſuperius
nominatis diſponeret, & ut in dictis codicillis
continetᷣ. Nã reſpondeo. D. Auguſtinum nõ po
216 tuiſſe facere prædictam declarationẽ: † quia
cũ d. ſecunda donatio fuerit perfecta, ut perpé-
dit idem Excellentiſſ. Do. Senator, non potuit
ipſe Do. Auguſtinus conditionem uel modum
poſtea adiicere, cum donatariis ius eſſet acqui
ſitum l. perfecta C. de don. quæ ſub mod. tradit
Dec. conſi. 547. nume. 7. Rimin. conſi. 409. nu-
217 me. 3. & ſeq. vbi inquit, quòd † pater, qui do-
nauit filiis, non poteſt in eorum præiudicium
ſuper rebus donatis tanquam ſuper alienis di-
ſponere, & inter cætera adducit tex. in d. l. per-
fecta. idem uoluit Cur. Iun. conſi. 120. num. 9.
Soc. iun. conſi. 130. nume. 8. & ſeq. volu. 2. quo
loci ait, quòd donator poſt perfectam donatio
nem non poteſt eam aliquo modo alterare, aut
legem aliquam, ſeu conditionem ei adiicere.
Pariſ. conſi. 63. num. 16. vol. 1. vbi inquit, quòd
218 † qui donat, priuatus eſt dominio rei dona-
tæ, & ideo non poteſt poſtmodum in teſtamen
to onus in re donata imponere. per text. in l. 3.
ff. de uſufruct. cum aliis ſupra adductis, Rolan.
à Valle conſi. 8. num. 18. volum. 1. & conſi. 61.
nume. 4. volumi. 2. Pro quo facit, quod tradit
Dec. conſi. 469. nume. 28. vbi concludit, quòd
219 in † donatione facta à Rege cuidam, & eius
primogenito, & aliis ſucceſſiuè, primogenito,
& aliis ſucceſſiuè videtur ius quæſitum ex con
tractu donationis, qui reuocari non poteſt, e-
tiam ab ipſo Rege, qui donauit, per text. in di-
cta l. perfecta, idem Dec. conſil. 498. nume. 19.
Ruin. conſi. 7. per totum, maximè nume. 30. uo
lum. primo, vbi loquitur de Sereniſſimo Duce
Ferrariæ, Soci. iun. conſi. 108. num. 3. & 28. uo-
220 lu. 2. ad idem facit; quia reg. quòd † ius quę-
ſitum alteri non poteſt auferri l. id quod no-
ſtrum. de regul. iur. l. non debet ff. eodem pro-
cedit etiam, ſi tale ius ſit illi quæſitum facto, &
conſideratione eius, de cuius facto poſtea di-
ſputatur, iuxta tex. in l. fi. vbi Bald. & alii not. ff.
de pact. ibi enim exceptio quæſita fideiuſſori
ex facto rei principalis, ex alio facto eiuſdẽ rei
ipſi fideiuſſori non aufertur, ad idem facit e-
tiam, quod dixit Ancha. conſi. 197. ſub num. 9.
221 quo loci dicit, quòd ille, † qui à principio ſe
obligauit, non potuit poſtea pacta, vel conditio
nes in teſtamento apponere, per text. in dicta l.
perfecta. & quod uoluit Caſtr. conſil. 337. colu.
prima. volu. ſecundo. in nouis, vbi inquit, quòd
222 non ſtatur † confeſſioni illius, à quo quis
cauſam habuit, ne ſit in poteſtate eius auferre,
quod alteri conceſſit. argumen. l. ne in pote-
ſtate. ff. de arbit. nam ſecundum eum facile eſ-
ſet alicui reuocare donationem, quam alteri fe
ciſſet. ſ. confitendo ſe per prius alteri donaſſe,
uel rem donatam obligaſſe, ſi ſuę confeſſioni
ſtaretur, quod eſſe non debet l. poſt perfectam.
C. de reuocan. donat. & in terminis noſtris tra-
dit Pariſ. conſ. 117. nu. 38. volu. 4. quo loci ait,
223 quòd vbi plura † ita ſe habent, quod alte-
rum eſt eligendum, interim non poteſt fieri a-
lia diſpoſitio in præiudiciũ electionis, per tex.
in l. ſi cum optio ff. de optio. leg.

Nec quicquam facit, quod dicunt aduerſa-
224 rii, hanc ſecundam donationem † eſſe dona-
tionem cauſa mortis: quia eius fructus, & effe
ctus dilatus eſt poſt mortem ipſius donantis, iu
xta text. in l. Seia. in fine. ff. de dot. præleg. & in
l. Seia. in princ. vbi glo. ff. de donatio. cau. mor.
& per glo. in l. mortis cauſa capimus. §. Titia. ff.
eod. Ideoq́ue cum talis donatio poſſit reuoca-
ri in totum §. 1. inſtitut. de donatio. l. non om-
nis. & ibi glo. ff. ſi cert. pet. multo magis potuit
per codicillos noua forma, ſeu nouus modus
adiici. Quia reſpondeo primò in hac ſecunda
donatione, nullam mortis d. donantis fuiſſe fa
ctam mentionem, & licet de ea in prima dona-
tione fiat mentio, non tamen idem debet intel
ligi repetitum in ſecunda ratione ſubrogatio-
nis per ea, quæ ſupra dixi reſpondendo primo
argumento ex dictis Dec. maximè quia reg. d.
l. ſi eum §. qui iniuriarum, non habet locum,
quando illud in cuius locum ſubrogatur, eſt pe
nitus extinctum, ut per Ang. in dicto §. qui iniu
riarum. & in dicta l. certi condictio. in princip.
cum aliis ſupra adductis.
225 Secundò dato, ſed non conceſſo, quòd † in
hac ſecunda donatione fieret mentio mortis,
differendo eius effectum poſt mortem donan-
tis, reſponderi poteſt, quòd non ſemper, vbi fit
mentio mortis in donatione, ſequitur, ergo eſt
226 donatio cauſa mortis, immo dico, ꝙ † hæc
eſt donátio inter uiuos, patet ex illis uerbis pu
ram, meram & irreuocabilem &c. de quibus
per Dec. dicto conſil. 190. col. 1. & quarta. uerſ.
non obſtat, ubi dicit, hanc eſſe donationem, in
227 ter viuos, cui † omnino ſtandum eſt, cum ad
fauorem aduerſariorum conſuluerit, iuxta tra
dita per Roman. conſi. 104. in fi. Crauet. conſil.
201. num. 7. Pariſ. conſi. 50. num. 60. uolu. 1. &
alibi per Doctores. Item hoc colligitur ex ſo-
lemnitatibus adhibitis in hac donatione diuer
ſis à ſolemnitatibus, quæ ſolent adhiberi in do
natione cauſa mortis, ut ex ſtatutis Mediolani
uideri poterit, & conueniunt quæ tradit Soci.
iunior conſi. 21. num. 12. & ſeq. volu. 2. pro quo
facit: quia vbi dubium eſt, an quis uoluerit
228 † codicillari, ſeu teſtari cognoſcitur ex ſo-
lemnitatibus, iuxta tex. in l. illud §. tractari. ff.
de iur. codicill. & in l. codicillum C. de teſta-
mentis,

mentis, vbi Docto. Ad idem facit in terminis:
229 quia vbi in donatione † eſt facta mentio mor
tis per modum dilationis, ut in caſu noſtro, tũc
non intelligitur eſſe donatio cauſa mortis, ſed
inter uiuos, vt tradit Bald. in l. ſecunda colum-
na ſecunda. poſt Dyn. quem ibi citat C. de iur.
dot. quem refert & ſequitur Alexan. conſi. 14.
nume. 2. volu. 1. Soci. conſi. 53. num. 3. uolu. 1.
& conſi. 232. col. 1. & 2. uolu. 2. Dec. conſi. 500.
nu. 9. & ſeq. Soci. iun. conſil. 21. ſub nume. 7. &
nu. 12. uolu. 2. & conſi. 83. nu. 13. & ſeq. uolu. 3.
& Crauet. conſi. 214. in princi. & per totum vbi
ad fin. ait, hoc procedere ſtante maximè iura-
mento, quod etiam interuenit in caſu noſtro,
ut ſupra dictum eſt.
230 Nec obſtat, quòd † dicta declaratio uidetur
valere, quia qui declarat nihil nunc dat, ſed da-
tum ſignificat d. l. hæredes palam §. ſi quid. cum
aliis ſupra adductis. Namq́ue reſpondeo, illam
regulam procedere, quando adeſt aliquod uer-
bum obſcurum, quod eget declaratione, vt col
ligitur ex dicto. §. ſi quid. ibi. Quod uerò quis
obſcurius in teſtamento uel nuncupat, uel ſcri-
bit. Et ita ſentit ibi Caſtr. ſub num. 4. Sed in ca
ſu noſtro nullum adeſt uerbum obſcurum, ut
patet ex dictis uerbis dictę donationis, ergo de
claratione non erat opus.
231 Vel ſecundò reſponderi põt, prædictam re-
gulam non habere locum, quando alicui eſſet
ius quæſitum; tunc enim huiuſmodi ius non
tollitur per declarationem ſecutam, ita inquit
Io. de Ana. conſi. 84. col. prima. verſ. præterea
dici põt. per text. in d. l. fin. ff. de pact. cum aliis
per eum ibi adductis, & facit etiam ratio tex. in
d. §. ſi quid, quæ habet, quòd qui declarat, nihil
nunc dat, ſed datum ſignificat, ſi non dat, ergo
non tollit ius quæſitum, ſed magnificæ dominę
Catherinæ erat ius quæſitum per text. in d. l. cũ
pater. §. à te peto. de lega. ſecundò. & in d. l. hæ-
redes mei. §. fi. ff. ad trebell. cum aliis de quibus
per Illuſtrem Co. in ſuo eleganti conſilio, & di-
xi ſupra in quarto fundamento pro hac parte,
igitur in eius præiudicium non potuit fieri di-
cta declaratio.
232 † Vltimò reſponderi põt, quòd illa regula
habet locum, quando declaratio fit circa circũ
ſtantias actus, ſecus autem ubi declaratur ſub-
ſtantia actus: quia tunc requiritur eadem ſo-
lemnitas, quæ requiritur in actu, & etiam requi
ritur præſentia partis. Io. de Ana. d. conſil. 84.
col. 1. uerſ. præterea licet communiter. Iaſ. cõſ.
56. colum. penul. uerſ. ſecundò reſpondetur. &
uerſ. tertiò reſpondetur. ad fi. at perſonæ in do
233 natione, ſeu electione ſunt de ſubſtantia, † cũ
ſine illis actus conſiſtere non poſſit, iuxta tra-
dita per Bar. in l. prolatam. ſub nu. 5. C. de ſent.
Ang. conſi. 87. colu. 1. circa med. Dec. in l. 2. nu
mero ſexto. C. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabul.
immutatio uerò fuit facta circa perſonas; cum
enim ex donatione eſſet nominanda prius do-
mina Catherina, vt dixi ſupra, hoc fuit immu-
tatum in codicillis relinquendo hoc liberę uo-
luntati & arbitrio d. D. Suſannæ, ergo ceſſat re
gula d. l. hæredes §. ſi quid.
234 † Non obſtat etiam, quòd donatio facta à
patre filiæ in poteſtate non ualet niſi poſt mor-
tẽ, & ſic habet uim relicti d. l. donationes, quas
parentes. cum aliis ſupra cõgeſtis, quod etiam
procedit ſi interceſſit iuramentum, vt per Ca-
ſtr. d. conſil. 345. nu. 3. volumi. primo. in nouis,
cum aliis, quos ſupra adduxi. Vnde uidetur, ꝙ
pater potuerit non ſolum declarare eo modo,
de quo ſupra, ſed etiam dictam donationem pe
nitus reuocare. Namque reſpondeo, quicquid
dixerint Caſtr. & alii ſupra citati, hanc donatio
nem iuramento, quod in ea interuenit, fuiſſe
confirmatam ſecundum communem opin. de
qua per Dec. poſt alios, quos adducit cõſi. 239.
in princi. & col. 2. vbi ait, ideo ab ea nõ eſſe re-
cedendum, idem conſil. 414. nu. 12. conſi. 432.
nu. 4. & ſeq. vbi idem repetit, & conſil. 688. nu.
11. vbi illam magis communem uocat. Et ꝙ
ab ea non eſt recedendum, hanc eãdem ſequi-
tur Ruin. conſi. 96. nu. 5. uolu. 5. Pariſ. conſ. 63.
335 num. 15. volu. 1. qui communem dicit, & † ꝙ
pater priuauit ſe facultate diſponẽdi ſuper bo-
nis donatis filio etiam in poteſtate cũ iuramen
to, idem conſi. 33. num. 35. & ſeq. volu. 3. & ibi
poſt plures, quos congerit hanc opin. commu-
nem appellat, & ait ab ea nõ eſſe recedendum,
ſubdens, quòd pater non poteſt eam reuocare,
nec contrauenire, Soc. iun. conſi. 67. num. 58.
uolu. 2. qui & ipſe de communi teſtatur, & in-
236 quit, ꝙ † non ſolum firmatur, ut obſeruetur iu
ramentum, ſed ut ualeat donatio, & conſil. 47.
nu. 15. & ſeq. vol. 3. vbi hanc opinionem uerio-
rem & magis communem appellãs dicit ab ea
non eſſe in iudicando & conſulendo receden-
dum, Crauet. conſil. 19. nu. 1. qui communem
uocat, & idem affirmat Rol. à Valle conſ. 77. in
princip. uolu. 1. Viuius in commun. opin. uerb.
donatio facta à patre, & ibi Emanuel Soarez
uerb. donatio. nu. 197. Porci. Imol. concluſ. ſe-
cunda. libro ſecundo, reg. vbi infinitos conge-
rit, & nouiſſimè D. M. Rim. conſ. 37. nu. 54. qui
omnes de communi teſtantur, quapropter ab
hac opin. in iudicando & conſulendo non eſt
recedendum, iuxta doctr. Bart. & aliorum in d.
l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & doct. in d. c.
237 ne innitaris. de conſtitu. extra, quod † multo
magis debet procedere in caſu noſtro, quia d.
Magnifica Do. Catherina, cui donatio à patre
fuit facta, iam ad maritum erat traducta, iuxta
tradita per Corſet. in ſuis ſingul. uerb. dona-
tio. il primo.
138 Non obſtat etiam, quòd † donatio facta ab-
ſenti non ualet, etiam ſi notarius pro eo ſtipule
tur, niſi donatarius acceptet. d. l. abſenti Caſtr.
d. conſi. 195. nu. 2. uolu. 2. in nouis, cum aliis ſu
pra adductis, ſed non uidetur conſtare D. Ca-
therinam acceptaſſe prȩfatam donationem, er
go pater potuit non ſolum illam declarare, ſed
etiam

etiam reuocare. Nam reſpondeo, quòd quic-
quid dixerit Caſtr.d.conſi.195.& poſt eum alii
ſupra adducti, tamen ſecundum communem
& ueram opinionē ex ſtipulatione notarii ac-
quiritur ſtatim donatario abſenti ius, & actio
ante ratihabitionem, ſeu acceptationē, ut per
Soci.iun.conſil.67.nu.4.volum.3.vbi ait rece-
ptiſsimum eſſe, quòd donatio facta abſenti ua-
lidatur notario pro illo recipiente, & ſubdit e-
tiam poſt alios quos ibi citat, communem eſſe
obſeruationem, idem Soci.iuni.conſi.127.nu-
mero 8.& ſeq.volu.eo. vbi hanc opinionem ue
ram & communem dicit, Rol.à Valle conſi.19.
nu.17.volu.1. vbi plures recenſet, dicens hanc
opin.eſſe magis communem, quòd ita commu
niter practicatur, & quòd totus mundus eā ob-
ſeruat in practica, & ideo ſecundum eū non eſt
ſecurum ab ea diſcedere in iudicando & conſu
lendo, ibidemq́ue nume.24. ſubdit poſt Ruin.
239 conſ.127.col.4.volu.4.quòd † nedum per no
tarium acquiritur vtilis actio ignoranti, verum
etiam & poſſeſsio & dominium Porc.Imol. cō
ſil.176.nu.25.& ſeqq.vbi hanc opin.receptiſsi
mam vocat, & ꝙ illam totus mundus ſequitur
Emanuel in Theſaur.commu. opin. verb.dona
tio abſentis. nume. 155.& ſeq. vbi poſt plures,
quos citat magis communem & veram appel-
lat, nouiſsimè deciſ. Pedemont.33. nume. 4.&
ſeqq. vbi infinitis congeſtis hanc opinionē ve-
riorem & magis communē dicit, immo nu.12.
240 concordando opin. † ait, ꝙ ex ſtipulatione no
tarii nec per conſtitutum, neque per ueram tra
ditionem ipſi notario factam nomine abſentis
acquiritur aliqua poſſeſsio ante ratihabitionē
ex congeſtis per Tiraq.de conſtitu. poſſ. par.3.
lim.30.nu.53.cum ſeq.Et ratio eſt; quia in ac-
quirenda poſſeſsione requiritur animus illius,
cui acquiri debet.l. 1. §. adipiſcimur. & l.3. in
princip.ff.de acqui.poſſ.& ob id nec pariter an
te ratihabitionem acquiritur dominium l.tra-
ditionibus.cum concord. C.de pact. Quod ta-
men fallit fauore donationis; quia ſtipulatio-
ne notarii ius efficaciter acquiritur abſenti, &
dominium vtile transfertur ſine ceſsione, per
tex.in l.quoties.C.de donatio.quæ ſub modo,
& ad hoc allegat Dec.Caſſa.& Crauet. de qui-
bus ibi per eum, & idem voluit ead. deciſ. Pe-
dem.85.nu.7.& ſeq. donatario ſcilicet abſenti
ex ſtipulatione notarii ius efficaciter acquiri,
& dominium utile ſine ceſsione transferri, &
hæc opin. omnino tenenda eſt, cum opinio.
241 Doct. diſtinguentis, † & concordantis opi-
niones aliis præferatur, glo.in c.querenti.uerb.
per æquitatis.de offic.delegat. & in c.ſcientes.
de cenſi.tradit Curt.iun.conſ.10. ante num.2.
per text.in l.adeo §. cum quis.ff.de acquir.rer.
domi.Soci.iuni.conſi.38.nu.78.uolu.2. D.Ce
phal.cōſ.208.nu.2.per tex. in §. cum ex aliena.
inſti.de rerum diuiſ.D.M.Rimin.in princi.nu.
13.inſti.de donat.& conſ.50.nu.56.& ſeq.Hu-
242 iuſmodi † autem ius & dominium, quod in
donatione acquiritur abſenti ex notarii ſtipu-
latione adeo acquiritur, vt amplius reuocari
non poſsit, ſecundum Bal.in l.cum à ſocero.cir
ca fin. C. de iure dot. quem refert & ſequitur
Rui.conſi.119.nu.6.& ſeq.vol.1. vbi inquit, ꝙ
in hac donatione donator non poteſt reuocare
donationem, nec alio modo donatario abſenti
etiam ante ratihabitionem præiudicare, idem
Rui.conſi.41.ſub nu.5.volu.5.& conſil.47.ſub
nu.4.vol.eod.Rub.Alexandri.conſi.117.nu.8.
Soc.iun.conſi.118.nu.13.& ſeq. volu.2.& cōſ.
67.nu.8.& ſeq.volu.3.Crauet.conſ.19.nu.11.
vbi alios refert, & deciſ. Pedemon. 85.num.9.
Quæ quidem eo magis debent procedere in ca
ſu noſtro, in quo interuenit iuramentum, quo
243 ſolo † donatio facta abſenti etiam ſine ſtipu-
latione notarii valet. Rui.cōſ.180.n.12.uol.1.
per not. per glo. in c.quoties cordis oculus.1.
q.7.& conſ.41.ſub nu.5. uol.5. Rol.à Valle la-
tiſsimè d.conſ.19.nu.30.& ſeqq.volu.1. D.M.
Rim.conſi.37.nu.63. & conſi.103.nume.16.&
244 ſeq.pro quo facit: quia iuramentum † diri-
gitur in Deum, qui præſens eſt, & qui recipit
pro abſente l. properandum §. ſinautem reus,
uerſ.cum autem C.de iudic.tradunt Doct.in l.
ſtipulatio iſta §.alteri ff.de uerb.oblig. vbi Ale
xand.ſub nu.9.& Iaſ.nu.4.& plura ad hoc addu
cit Illuſtris D.Comes, ad quæ breuitatis cauſa
245 me remitto. Nec inconuenit, quòd † iuramē
tum plures effectus operetur reſpectu poteſta-
tis, & abſentiæ, ut tradit Dec.cōſi.414. nu.15.
& ſeqq. qui loquitur de donatione facta à pa-
tre filio in poteſtate, ſequitur Pariſ. conſil.33.
nu.46.volu.3. vbi & ipſe de donatione facta à
patre filiofam.ſcribit, & conſ.69.nu.127.uolu.
3.& Soc.iuni.conſ.89. nu.35.uol.3. vbi de do-
natione loquitur.
246 Non obſtat ultimò, quòd ſi quis alicui dona
uit, ut poſt eius mortem eſſet talis eccleſiæ, do-
nator poteſt in præiudicium eccleſiæ tale pactū
reuocare. Barto.in d.l.qui Romæ §.Flauius.ad
fi.& ibi Doct. magis communiter cum aliis ſu-
pra adductis. Nam ultra allata pro reſponſione
per Excellentiſsimum Do. Senatorem reſpon-
deo, opin.Bar. non habere locum, quando no-
tarius vel alius fuiſſet ſtipulatus nomine ipſius
Eccleſiæ, ut in caſu noſtro euenit: tunc enim
non poſſet reuocari, ita limitat Bal. in d.l.cum
à ſocero, Cum.Alexand.Aret.Pet.de Beſſutiis,
Soci.nu.18.Iaſ.nu.19.in d.§.Flauius.Aret.cō-
ſi.77.colu.5. ſub nu. 9. vbi ad hoc inter cætera
affert tex.in l.cum maritus.§.fi.ff. de pact. dot.
vbi mulier dando dotem marito fuerat pacta
reddi fratri ſuo poſt mortem ſuam, & ille frater
dotem fuerat ſtipulatus, deinde decedens mu-
lier quaſdam res legauerat marito, & quaſdam
alii, quæritur, an hoc potuerit facere in præiudi
cium fratris, cui donauerat dotem ſuam poſt
mortem, & ſic in effectu reuocare donationē,
& reſpondetur quòd non, & idem tenet Corn.
conſi.64.col.4.circa med.vol.3.Ruin. conſi.7.
nu.

nu.29.vol.1.Rub.Alexandri.d.conſil.117. ſub
nu.10.vbi hanc limit.communē appellat, Soc.
iun.conſi.110.nu.13.& ſeq.uolu.2.quo loci in
quit omnes in hoc concordare in d.§. Flauius.
Crauet.conſ.135.ſub nu.10.uerſ.aduertendū,
ubi hanc limitationem dicit magis communē
Rol. à Valle d. cōſ.19. nu.19. ubi pulcrè Porc.
d.concluſ.36.limit.tertia, & cōſ.176.ſub n.29.

Ex his itaque ſublata ſunt omnia, quæ ſupra
in contrarium fuerunt adducta, & per conſe-
quens remanet firma concluſio, quòd ſecunda
electio facta de magnifica D. Catherina debet
eſſe potior, & conditio uiduitatis poſita in pri-
ma donatione non debet in ſecunda cenſeri re
petita. Immo dato, & non conceſſo, quòd præ-
fata conditio uiduitatis intelligeretur repetita
in ſecunda donatione, Illuſtres fratres Triuul-
tii à petitis ex aduerſo ſunt abſoluēdi, iux.tex.
in d.l.qui accuſare.C.de eden. cum non fue-
rit ſatis dominam Suſannam fuiſſe uiduam
tempore, quo elegit filios domini Antonii, ab
uno quorum ſouicii cauſam habuerūt, ſed per
petua uiduitas deſiderabatur, ut ſupra dixi.
Et hæc, ſalua ſemper opinione rectius ſen-
tientis.

Vt ſuperiore conſilio diligenter & doctè concluſum fuit per Clariſſimum D.Hippolytum Riminaldum Iuriſconſultum famigeratiſſimum, & præceptorem meum colendiſſimum, iuris eſſe dico Ego Ioannes Paulus Porcius Iuriſconſ. Ferrarien.& in almo patriæ meæ Gymnaſio ad primam cathedram inſtitutionum publicè legens. In quorum fidem confirmaui, ſubſcripſi, ſigilloque meo communiui.

Pro nobili & honeſta D.Leonora de Platerijs auctoris coniuge.

ARGVMENTVM.

De accuſatione falſi contra teſtes porrecta, & à multis obiectis defenſata, demumq́ue per iudices admiſſa, vbi plura ſcitu digna circa falſitatem teſtium doctè & eleganter ventillantur.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio teſtium de falſo nunquid pendente in-
hibitione procuratoris in cauſa ciuili rectè di-
catur inſtituta.*
Quod declaratur. 43
1 *Cauſa ciuilis, ſi criminali dedit occaſionem, ſuper-
ſedendo in prima, debet & in ſecunda ſuper-
ſederi.*
Quod optime declaratur. 43.
1 *Iudex excommunicans reum, qui appellauit, non
poteſt in cauſa principali procedere pendente ap-
pellatione.*
*Declaraturq́; Rota deciſ.193.ſi ab excommunica-
tione in nouis 44*
2 *Accuſatio non expreſſo illius effectu in citatione
nulla dicitur, ſtāte ſtatuto Ferrariæ de modo ac-
cuſandi re vel verbo accuſatum.*
Fallit ſi prius fuerit intimata accuſatio. 49
3 *Exprimi quando quid requiritur pro forma non
ſufficit id fieri relatione ad aliud.*
Nec per æquipollens. 4
Quod impugnat auctor ex pluribus. 51
*Et limitat expreſsione facta per relationē ad cer-
tam partem actorum. 54*
4 *Expreſſum per ſe uel per relationem ad aliud æ-
quipollent.*
5 *Expreſſum per relationem ad aliud propriè ex-
preſſum dici.*
5 *Accuſatio manifeſtè calumnioſa reijci debet.*
5 *Iudex inquirens occiſorem debet eum abſoluere
conſtito ſibi quòd occiſus erat bannitus, qui pote-
rat ex ſtatuto impune offendi.*
6 *Iudex reijcere poteſt exceptionem, quam vehemē-
ter ſuſpicatur eſſe calumnioſam.*
7 *Falſitas debet de neceſsitate concludere.*
8 *Teſtis dicēs verum non ſibi notum per ſenſum cor-
poris id affirmans, de falſo non punitur ſed de te-
meritate.*
8 *Falſitas quæ non lædit non punitur. 10*
9 *Accuſatio nec inquiſitio fieri poteſt quando deli-
ctum non eſt punibile.*
11 *Falſitas excuſatur ex diuturnitate temporis, &
quod tempus exigatur.*
12 *Mulier fragilis & ſimplex curſu temporis excu-
ſatur à falſo.*
13 *Præſumitur quòd actus potius valeat quàm quòd
pereat.*
*Cæterisq́; fortior eſt ac efficacior talis præſum-
ptio. 14*
14 *Princeps non præſumitur vti plenitudine pote-
ſtatis.*
Niſi tamen actus aliter non valeret.
*Et quando ſciret actum non valere iure ordina-
rio, ſecus ſi erraret credens valere. 15*
16 *Actus præſumitur præceſsiſſe qui ex ordine literæ
prius reperitur.*
Secus quando actus non valeret.
17 *Præſumitur emancipatio filij præceſsiſſe donationē
ſibi factam ordine ſcripturæ non attento.*
18 *Falſitas circa circunſtantiam quæ pertinet ad ne-
gotium principale punitur ordinariè.*
Puta ſuper loco, tempore delicti, vel contractus.
19 *Ratio, quia teſtis ſtat & habitat in domo, arguit
ram ſcientiam dicti.*
20 *Habitationis appellatione uenit continua vel fre-
quentior.*
Non autem rara & momentanea. 21
21 *Stetiſſe non uidetur in loco qui fuit ad breue tem-
pus in eo.*
22 *Citari quis debet ad domum in qua frequentius
habitat.*
23 *Famuli præſumuntur ſcire quæ palam faciunt in
domo domini.*
24 *Ancharanus conſi.24. declaratur.*
Et latius nu.37.& 41.
25 *Teſtis de auditu ab vno tantum non probat.*
26 *Enunciatiua verba quæ dicantur.*
Nec probant quando principaliter dubitari con-
tingit

tingit ſuper enuntiato. 27

28 *Confeßio abſente parte non probat.*

29 *Teſtes intereſſati non admittuntur.*

30 *Teſtes plures defectus patientes repelluntur.*

Nec etiam admittuntur quãdo veritas aliter haberi non poteſt. 32

31 *Teſtes inhabiles quando admittantur.*

33 *Teſtis dictum in tortura præfertur, & quando nõ.*

34 *Socio criminis quando non ſtandum.*

35 *Paupertas teſtem non repellit.*

Niſi concurrat alius defectus. 36

37 *Scire dicimur, quod uehementer opinamur.*

38 *Ratio teſtis falſa dictum reddit falſum.*

39 *Ratio teſtis perfecta ualidat dictum eius imperfectum.*

40 *Teſtis in uno falſus in totum falſus reputatur.*

41 *Teſtis deponere debet de præſentia.*

42 *Præſentia ſupponit ueram ſcientiam & intelligentiam.*

43 *Cauſa quando impediatur propter alterius pendẽtiam vel inhibitionem.*

45 *Appellatio ab expenſis non impedit procedi in cauſa principali.*

46 *Actus nullus reiterari poteſt, vt teſtes non rite recepti.*

Non rite baptizatus puta ab heretico.

46 *Actum aduerſus duplicatum nihil obijci poteſt.*

47 *Certum per ſe vel per relationem ad aliud parificantur, etiam in contractibus. 52*

Niſi pro forma certum requiratur.

48 *Citatio ſola ſufficit habentis intereſſe ſine tranſmißione copiæ vel eius effectu.*

49 *Certus certior reddi non debet.*

49 *Statutum à iure communi recipit interpretationem.*

Et ut habeat ſanum intellectum. 50.

Reſtringiq́; debet ne ſequatur abſurdum.

Nec abſonus intellectus.

Et ne ſtatuentes à ſapientibus reprehendantur.

50 *Superfluitas damnatur.*

51 *Bartolus in l. ita ſcripſero ff. de cond. & dem. procedit etiam in inſtitutione.*

Maleq́; reſtringitur ad legata.

53 *Sententia continens errorem expreſſum in ea redditur nulla.*

Vel ſi per relationem ad acta pateat error.

54 *Intellectus cle. appellanti, de appella.*

57 *Teſtibus ſtantibus pro inſtrumento potius eſt deferendum quàm contrarijs.*

Et curiæ dantur parte non citata. 56

58 *Teſtes aduerſus inſtrumentũ debent eſſe omni exceptione maiores.*

Et hæc qualitas probari debet.

59 *Negatiua probatur ex inſtrumento vbi quid non reperitur.*

60 *Falſitas nocibilis potentia ſi detegeretur punibilis eſt.*

61 *Temporis diuturnitas cauſat obliuionem rei geſtæ.*

Non autem reminiſcentiam rei non geſtæ.

Auxilium meum à Domino.

CONSILIVM CXIII.

PEtiit *Nobilis & honeſta D. Leonora de Plateſijs vxor mea executionẽ ſententiæ coram magnifico Conſilio Iuſtitiæ contra magn. D. Angelam Vallam materteram ſuam pro conſequenda dimidia dotis maternæ penes eam exiſtẽtis. Quæ Valla opponendo dixit eam ſoluiſſe de conſenſu ac cõmißione magn. D. Galeacij Plateſij patris vxoris meæ Reuerendis Monialibus à Mortaria pro dote vel eleemoſina Reuerendæ D. Hippolytæ filiæ pariter ipſius D. Galeacij in eo monaſterio profeſſæ, & ad id probandũ induxit in teſtem quandã Magdalenam deponentem ſe fuiſſe præſentẽ dicto conſenſui & cõmißioni D. Galeacij in domo ipſius Do. Angelæ ſita Ferrariæ: quia in ea morabatur pro ancilla dictæ Do. Angelę, quod & Bertolina pariter inducta confirmauit, fuiſſe factum pręſente dicta Magdalena tunc ancilla D. Angelæ in dicta domo. Et quoniã coniunx mea videns capitula ſuper dicto conſenſu & cõmißione produxerat inſtrumentum renunciationis prædictæ D. Hippolytæ factæ vxori meæ ſorori ſuæ iurium ſibi competentiũ in bonis maternis præſente D. Angela, vt inde deprehẽderetur non eſſe uerum D. Galeacium feciſſe dictã cõmißionem D. Angelæ, quia illa poſtea non fuiſſet paſſa D. Hippolytã renunciare ſorori, ſed contradixiſſet allegãdo dictã commißionẽ & ſolutionem per eam factã. Dictæ mulieres ut falſum falſo adderent dixerũt D. Angelam non fuiſſe præſentẽ dicto inſtrumento renũtiationis. Quibus teſtibus publicatis facta certior uxor mea dictas mulieres ſic ad dicendum ſubornatas fuiſſe, quia uerum non erat tunc temporis, de quo depoſuerant illam Magdalenam morari in dicta domo, & fuiſſe ancillam D. Angelæ, ſed eam ſtetiſſe in Villa Francolini ſuper Caſale Alberti Trondulæ, et quòd D. Angela verè fuerat præſens dicto inſtrumento porrexit accuſationem de falſo cõtra præfatas Magdalenam & Bertolinam coram magnificis Dominis Poteſtate Ferrariæ & Iudice maleficiorum, qui fuerunt Clarißimus D. Antonius Cocaparus Carpenſis, & Excellentißimus D. Bartolomeus Mirolius Comes montis Ceſtini, ad quam accuſationem comparens Valla medio procuratoris ſui multa cœpit opponere, ut dictam accuſationem impediret quominus admitteretur. Contra uerò coniunx mea mediante pariter ſuo procuratore conſtanter accuſationem ſuam iuridicam eſſe & admittendam dixit, vnde placet iura partium recenſere, fœlicemq́; memoriam coniugis meæ memorare, quæ ſententiam fauorabilem ſuper admißione ſuæ accuſationis reportauit, quo facto Valla ſuum errorem cognoſcens liti ceßit, & uxori meæ ſatisfecit.*

Videbatur

VIdebatur igitur (ut in campum diſputa-
tionis deſcendam) quòd accuſatio prędi
cta non eſſet admittenda ueluti nulliter
inſtituta pendente inhibitione procuratoris di
ctæ Vallę tunc abſentis, q. comparuerat in cau-
ſa ciuili. † Nam cum illa cauſa dictæ accuſatio-
1 ni dederit occaſionem propter dictas mulieres
in ea receptas in teſtes, ſicut in ciuili ſuperſe-
debatur, ita debuit in criminali ſuperſederi,
ut in ſimili caſu tradunt Domini de Rota de-
ciſ. 193. Si ab excõmunicatione. in nouis. vbi
dicunt, quòd ſi Iudex excommunicauit reum:
quia noluit reſpondere libello, & reus appella
uerit ab illa excommunicatione. Iudex à quo
nõ poterit in cauſa principali procedere: quia
articulus excommunicationis non videtur ſe-
paratus à cauſa principali, ex quo occaſione il
lius proceſsit excommunicatio, & cauſa prin-
cipalis excommunicationi præſtitit occaſionẽ
& de illa deciſione Rotæ meminit Dec. conſi.
2 33. † quare ſic & in caſu noſtro dicendum vide
batur, & ob id accuſationẽ pendente illa inhi
bitione factam fuiſſe nullam, c. nõ ſolum. & c.
Romana. §. ſi uerò. de app. in 6. quibus ita con-
cludit Rota loco citato. & Butr. in c. tuam, de
ordi. cogni. Et licet reuerſo procuratore Val-
læ rurſus citatæ fuerint dictæ mulieres, ut com
parerent ad ſe excuſandum ab accuſatione prę
dicta: quia tamen effectus accuſationis non
fuit expreſſus in citatione, prout de forma re
quirit ſtatutum, de modo citandi re uel uerbo
accuſatum, ſed relatio tantum facta fuit ad a-
cta, dicendo quòd compareant ad excuſandũ
ſe ab accuſatione contra eas producta in actis
talis notarii. Vtique talis repetitio ueluti mi-
3 nus legitimè facta non prodeſt. † Nam quãdo,
quid requiritur exprimi pro forma, non ſuffi-
cit id fieri per relationem ad aliud. Clement.
appellãti. de appella. ubi cum pro forma requi
ratur in appellatione ab interlocutoria expri-
mi cauſam grauaminis, non ſufficit expreſsio
per relationem ad acta. ut notat Ang. in l. 1. ff.
de libe. & poſt. cum ſimilibus ibi per Alex. Et
Are. ſequitur Iaſ. & Dec. in l. certũ. ff. ſi cer. pe.
Iaſ. in l. Gallus. §. Idem credendum. ff. de lib. &
poſ. Et in l. hac conſultiſsima. §. per nuncupa-
tionem. C. de teſta. Ripa in l. 1. num. 63. ff. de
uul. & pup. Dec. in l. 1. col. 3. C. de erro. cal. de-
ciſ. Neap. 220. num. 15. Et Pedemontana 128.
num. 15.

4 † Idq́; præterea confirmatur: quoniam quã
do quid requiritur pro forma expreſſum eſſe,
non ſufficit per æquipollens id exprimi, ut ex
multis exemplis uolunt Alex. Soc. Aret. & Iaſ.
in dicta. l. 1. ff. de lib. & poſt. Grat. reſpon. 138.
nu. 17. uol. 1. quo fit, ut non ſufficiat expreſsio
per relationem ad aliud, licet aliàs æquipol-
leat expreſsio per ſe uel per relationẽ ad aliud.
l. ſi ita ſcripſero. & ibi Bar. & Caſtr. ff. de cond.
5 & demon. Bero. conſi. 110. nu. 58. uol. 2. † adeo
quòd Bal. conſi. 257. ea quę. uol. 1. quem refert
Grat. reſp. 137. nu. 12. uol. 2. dixit expreſsionẽ
per relationẽ ad aliud propriè expreſſum dici.

Secundò, propius ad merita accedendo,
uidebatur quòd accuſatio prædicta non eſſet
admittenda uelut manifeſtè calumnioſa, quo
ſtante debuit eam curia ex officio repellere,
iuxta not. per Glo. Bart. Caſtr. Alex. Iaſ. & D.
meum Rimin. in l. Vbi pactum. C. de tranſ. Vbi
dicunt, ſi ſtatuto cauetur, quòd bannitus poſ-
ſit impunè occidi, & aliquis bannitum occide-
rit, contra quem occiſorem Iudex inquiſitio-
nem formauerit, qui comparere non audet,
poteſt tertius comparere, & allegare bannum
occiſi, idq́ue iudici palam facere, taliq́ue caſu
Iudex ex officio debebit ipſum abſoluere, ex
quo ſibi conſtat inquiſitum puniri non poſſe
ex forma ſtatuti, ſequitur Veronenſ. caut. 68.
Ang. in l. filiusfamili. §. ueterani. ff. de proc. Et
in l. reos. C. de accuſ. pluresq́; cumulat Marſil.
6 in pract. crimi. §. ſequitur. nu. 19. † Sic & alibi
dixit Anch. conſi. 157. ex narratis. col. penul. ꝙ
ſi iudex uehementer ſuſpicatur calumniam in
opponente exceptionem peremptoriam, eam
poſſe non admittere, ſequitur Marſi. in dicta
practi. §. oportunè. nu. 88. quòd autem calum-
nioſa uideretur hæc accuſatio demonſtratur.
Accuſatæ nanque fuerãt dictę mulieres, quòd
falſum dixiſſent ſe fuiſſe præſentes dictæ cõ-
mißioni D. Galeacii factæ D. Angelæ in eius
domo: quia in ea tunc morabatur Magdalena
pro ancilla ſua: ſtant enim ſimul, quòd illa ra
tio ſtandi in ea domo pro ancilla ſit falſa, quia
moraretur in uilla Francolini, & tamen uerum
ſit D. Galeaciũ conſenſiſſe & commiſiſſe D.
Angelæ, quòd illas pecunias ſolueret Moniali
bus prædictis, huicq́ue comiſsioni fuerint præ
7 ſentes illæ mulieres † unde talis allegata fal
ſitas in accuſatione de neceſsitate non conclu
dens releuare non debebat: falſitas enim, quę
proponitur, debet de neceſsitate concludere.
ut not. Glo. Bal. Ange. & Iaſ. in l. iuriſgentium.
§. quod ferè. nu. 10. ff. de pact. Sal. in l. de tutela
C. de in integ. reſti. Alex. conſ. 70. col. 2. & cõſ.
74. col. 8. uol. 1. Boſsius in tit. de defenſi. reo-
rum. nu. 35. Dec. cõſi. 102. col. fin. tomo primo
8 criminalium ſecundo loco editorum. † Tan-
toq́ue minus ea falſitas nocere debebat: quia
de dicto conſenſu uidebatur probari per tres
alios teſtes Do. Angelæ, meritò uidebatur
ſuccedere deciſio Ancharani conſi. 24. dicen-
tis, quòd teſtes dicentes uerum, non tamen
ſibi notum per ſenſum corporis, illud ſcienter
affirmantes, non puniuntur de falſo ſed potius
de temeritate (quę per uxorem meam non fuit
deducta) & hoc per plures rationes & præſer-
tim: quia eſt falſitas, quæ non lædit, quem ſe
quitur Ioan. de Ana. in c. 1. de crimi. fal. Soci.
conſi. 103. in fin. uolu. 1. repetito in cõſi. 185.
uol. 2. Fel. in c. fraternitatis, in fin. de hæret. Bo
logni. conſi. 31. col. 2. D. meus Riminal. Et poſt
eũ Alciat. in l. pen. C. de tranſ. & idem Rimin.
conſ.